




PSALTERIUM DISPOSITUM PER HEBDOMADAM

Ad formam Breuiarij Monastici,

PAULI V. PONT. MAXIMI auctoritate recogniti,

Cum Canticis, Hymnis, ac Litanijs Sanctorum, & B. MARIAE Virginis in fine positis.

De licentia Superiorum.



VENETIIS APUD IUNTAS

DE ANNO,

ET EIVS PARTIBVS.



Nnus menſes habet duodecim, Hebdomadas duas & quinquaginta, & diem vnum. Dies verò trecẽtos ſexagintaquinque & ferè ſex horas: tanto enim temporis interuallo Sol Zodiacum perluſtrat. Quater autem ſex horæ ſingulis quaternis annis diem conſtituunt: hinc annus ille intercalaris, Biſſextus, vel Biſſextilis dicitur.

QVATVOR TEMPORA.

QVatuor Tempora celebrantur quarta & ſexta Feria, ac Sabbato poſt tertiam Dominicam Aduentus, poſt primam Dominicam Quadrageſimæ, poſt Pentecoſten, poſt Feſtum Exaltationis ſanctæ Crucis.

DE CYCLO DECENNOVENNALI Aurei numeri.

CYclus Decennouennalis Aurei numeri eſt reuolutio numeri 19. annorum ab 1. vſque ad 19. qua reuolutione peracta, iterum ad vnitatem reditur. Verbi gratia: Anno 1596 numerus cycli decennouennalis, qui dicitur Aureus, eſt 1. anno ſequenti 1597. eſt 2 & ita deinceps in ſequentibus annis, vno ſemper ampliùs, vſque ad 19. qui Aureus numerus cadet in annũ 161

post quem iterum ad vnitatem redeundum est, ita vt anno 1615. Aureus numerus sit rursus 1. & anno 1616. sit 2. &c.

Igitur vt Aureus numerus quolibet anno proposito inueniatur, composita est sequens tabula Aureorũ numerorũ, cuius vsus incipit ab anno correctionis 1582. inclusiuè, duratque in perpetuum. Ex ea enim Aureus numerus cuiuslibet anni post annum 1582. reperietur hoc modo.

6.	7.	8.	9.	10.	11.	12.	13.	14.	15.	16.	17.	18.	19.	1.	2.	3.	4.	5.

Anno 1582. tribuatur primus numerus tabellæ, qui est 6. secundus autem, qui est 7. sequenti anno 1583. & ita deinceps in infinitum, donec ad annum, cuius Aureum numerum quæris, perueniatur, redeundo ad principium tabellæ, quotiescumque eam percurreris. Nam numerus, in quem annus propositus cadit, dabit Aureum numerum quæsitum.

DE EPACTIS, ET NOVILVNIIS.

EPacta nihil aliud est, quàm numerus dierũ, quibus annus Solaris communis dierũ 365. annum communẽ Lunarem dierũ 354. superat: ita vt Epacta primi anni sit 11. cum hoc numero annus Solaris cõmunis Lunarẽ annũ communẽ excedat, atque adeo sequenti anno Nouilunia cõtingãt 11. diebus priùs quàm anno primo. Ex quo fit, Epactã secundi anni esse 22. cũ eo anno rursum

rursum annus Solaris Lunarẽ annũ ſuperet 11. diebus, qui additi ad 11. dies primi anni efficiunt 22. ac proinde, finito hoc anno, Nouilunia contingere 22. diebus prius, quàm primo anno: Epactam autẽ tertij anni eſſe 3. quia ſi rurſus 11. dies ad 22. adijciantur, efficietur numerus 33. à quo ſi reijciantur 30. dies, qui vnam Lunationẽ Emboliſmalem conſtituunt, relinquentur 3. atque ita deinceps. Progrediũtur enim Epactæ omnes per continuum augmentũ 11. dierũ, abiectis tamen 30. quando reijci poſſunt. Solum quando peruẽtum erit ad vltimã Epactam Aureo numero 19. reſpondentem, quæ eſt 29. adduntur 12. vt abiectis 30. ex compoſito numero 41. habeatur rurſus Epacta 11. vt in principio. Quod ideo fit, vt vltima Lunatio Emboliſmica, currente Aureo numero 19. ſit tantũ 29. dierum. Si enim 30. dies contineret, vt aliæ ſex Lunationes Emboliſmicæ, non redirent Nouilunia poſt 19. annos Solares ad eoſdem dies, ſed verſus calcem menſium prolaberentur, contingerentq. vno die tardiùs, quàm ante 19. annos. De qua re plura inuenies in libro nouę rationis reſtituendi Kalendarij Romani. Sunt autem nouemdecim Epactæ, quot & Aurei numeri, reſpondebantque ipſis Aureis numeris ante Kalendarij correctionem eo modo, quo in hac tabella diſpoſitæ ſunt.

Tabella Epactarum respondentium Aureis numeris ante Kalendarij correctionem.

Aur. nu.	1.	2.	3.	4.	5.	6.	7.	8.	9.	
Epactæ.	xj.	xxij.	iij.	xiiij.	xxv.	vj.	xvij.	xxviij.	ix.	
	10.	11.	12.	13.	14.	15.	16.	17.	18.	19.
	xx.	j.	xij.	xxiij.	iiij.	xv.	xxvj.	vij.	xviij.	xxix.

Quia verò cyclus decennouennalis Aurei numeri imperfectus est, cùm Nouilunia post 19. annos Solares nō precisè ad eadē loca redeāt, vt dictū est, imperfectus etiā erit hic cyclus 19. Epactarū. Quamobrē ita emēdatus est, vt in posterū loco Aurei num. & dictarū 19. Epactarū vtamur 30. numeris Epactalibus ab 1. vsque ad 30. ordine progrediētibus, quamuis vltima Epacta, siue quæ ordine est trigesima, notata numero non sit, sed signo hoc * ꝓpterea quòd nulla Epacta esse possit 30. Varijs autē tēporibus ex his 30. Epactis respōdent decē & nouē Aureis num. variæ decē & nouem Epactæ, prout Solaris anni, ac Lunaris æquatio exposcit: quæ quidem decem & nouem Epactæ progrediūtur, vt olim, per eundē numerum 11. adduntur que semper 12. illi Epactæ, quę respondet Aureo numero 19. vt habeatur sequēs Epacta respondens Aureo numero 1. ob rationē paulò ante dictā. Id quod sequens tabella perspicuum faciet, quæ continet Aureos numeros, & Epactas inter se respondētes ab anno correctionis 1582. post detractionē decem dierū, vsque ad

annum

annum 1700. exclusiuè. Quamuis autẽ vulgares Epactæ mutẽtur in Martio, re ipsa tamẽ in principio anni mutãdæ sunt, vna cũ Aureo numero, in cuius locum hæ nostræ Epactæ succedunt.

Tabella Epactarũ respondentiũ Aureis numeris ab Idibus Octobris anni correctionis 1582. detractis priùs decem diebus vsque ad annũ 1700. exclusiuè.

Aur. nu.	6.	7.	8.	9.	10.	11.	12.	13.	14.	15.
Epact.	xxvj.	vij.	xviij.	xxix.	x.	xxj.	ij.	xiij.	xxiiij.	v.
	16.	17.	18.	19.	1.	2.	3.	4.	5.	
	xvj.	xxvij.	viij.	xix.	j.	xij.	xxiij.	iiij.	xv.	

Itaque si Epacta quocumque anno proposito inuenienda sit, quærendus est Aureus numerus illius anni in superiori ordine illius tabellæ, quæ illi tempori, in quo propositus annus continetur, congruit. Mox enim sub Aureo numero in interiori ordine tabellæ reperietur Epacta anni propositi, vel certè hoc signum. * Vbi ergo illa Epacta, vel signum * in Kalendario inuentum fuerit, eo die Nouilunium fiet. Inuenietur autem Aureus numerus, vel ex antecedente canone, vel Tabella Epactarum proposito tẽpori congruente, tribuendo primum Aureum numerum illius tabellę illi anno, à quo vsus Tabellę incipit, & secundum Aureum numerum sequenti anno, &c. Eodem modo reperietur Epacta sine Aureo numero, si prima Epacta Tabellæ tribuatur illi anno, à

no, à quo eius vſus incipit, & ſecunda Epacta ſequenti anno, &c.

Exemplum. Anno correctionis 1582. Aureus num. eſt 6. nempe primus primæ tabellæ, cuius vſus incipit ab Idib. Octobris dicti anni 1582. detractis priùs x. diebus. Erit ergo tunc Epacta xxvj. quæ ſub Aureo numero 6. collocatur: fietq. Nouilunium die 27. Octobris, & 26. Nouembris, & 25. Decembris. Item anno 1583. iam correcto Aureus numerus eſt 7. cui in eadem tabella ſuppoſita eſt Epacta vij. quę toto eo anno in Kalendario Nouilunia indicabit: vt in Ianuario die 24. in Februario die 22. in Martio die 24. &c.

Tabella litterarũ Dominicaliũ ab Idibus Octobris anni correctionis 1582. detractis prius x. diebus vſque ad annum 1700. excluſiuè.

c b	A	f e d	c	A g f	e	c b A	g	e d c	b	g f e	d	b A g	f	d
	g		b		d		f		A		c		e	

Vſus huius Tabellæ hic eſt. Anno correctionis 1582. poſt Idus Octobris (detractis priùs x. diebus) tribuatur littera c, primæ cellulæ, & ſequenti anno 1583. littera b, ſecundæ, & anno 1584. dentur litteræ A, g, tertiæ cellulæ, & ſic deinceps alijs annis ordine aliæ cellulæ tribuantur, donec ad annum propoſitum peruentum ſit, redeundo ad principium tabellæ, quotieſcumq. eam percurreris. Nam cellula, in quã annus propoſitus cadit, dummodo minor ſit, quam annus

1700.

1700.dabit litteram Dominicalē propositi anni. Quæ si vnica occurrerit, annus erit communis: si verò duplex, Bissextilis, & tunc superior littera Dñicam diē ostendet in Kalendario à principio anni vsq; ad festū S. Matthiæ Apostoli: inferior autem ab hoc Festo vsque ad finem anni. Exēpli gratia. Sit inuenienda littera Dominicalis anno 1610. Numera ab anno 1582 quem tribue primæ litteræ c, & deinceps singulis litteris vel cellulis singulos annos, vsque ad annum 1610. (computando geminas litteras quascumque, superiorem & inferiorem, pro vna cellula) atque ita percurre totam tabellam, redeundo ad principium, postquā eam percurreris, cadetque annus 1610. in litteram c, quæ primum locum in tabella occupat. Est ergo toto eo anno littera Dominicalis c, annusque communis est, cùm littera simplex occurrat.

Item sit inuestiganda littera Dominicalis anno 1628. Numera rursus ab anno 1582. modo, quo iam dictū est, vel tantùm ab anno 1610. (nā vterque annus in primā litteram tabellę incidit) vsque ad annū 1628. perueniesque ad duas hasce litteras, b A, decimonono loco positas. Est ergo annus ille Bissextilis, cùm duplex littera occurrat, superiorque littera b, Dominicā diem indicabit à principio anni illius vsque ad Festum S. Matthiæ, inferior autē A, in reliqua parte anni.

TA-

TABELLA TEMPORARIA

Anni Dñi.	Lræ Dominica.	Aureus numer⁹.	Epactæ.	Septuagesima.	Dies Cinerum.	Pascha.
1614	e	19	xix	26. Ian.	12. Feb.	30.Mar.
1615	d	1	j	15.Feb.	4.Mar.	19.Apr.
1616	c b	2	xij	31. Ian.	17. Feb.	3.Apr.
1617	A	3	xxiij	22. Ian.	8. Feb.	26.Mar.
1618	g	4	iiij	11.Feb.	28. Feb.	15.Apr.
1619	f	5	xv	27. Ian.	13. Feb.	31.Mar.
1620	e d	6	xxvj	16.Feb.	4. Mar.	19.Apr.
1621	c	7	vij	7.Feb.	24. Feb.	11.Apr.
1622	b	8	xviij	23. Ian.	9. Feb.	27.Mar.
1623	A	9	xxix	12.Feb.	1. Mar.	16.Apr.
1624	g f	10	x	4.Feb.	21. Feb.	7.Apr.
1625	e	11	xxj	26. Ian.	12. Feb.	30.Mar.
1626	d	12	ij	8.Feb.	25. Feb.	12.Apr.
1627	c	13	xiij	31.Ian.	17. Feb.	4.Apr.
1628	b A	14	xxiiij	20. Feb.	8.Mar.	23.Apr.
1629	g	15	v	11. Feb.	28. Feb.	15.Apr.
1630	f	16	xvj	27. Ian.	13. Feb.	31.Mar.
1631	e	17	xxvij	16.Feb.	5.Mar.	20.Apr.
1632	d c	18	viij	8.Feb.	25. Feb.	11.Apr.
1633	b	19	xix	23. Ian.	9. Feb.	27.Mar.
1634	A	1	j	12.Feb.	1.Mar.	16.Apr.
1635	g	2	xij	4. Feb.	21. Feb.	8.Apr.
1636	f e	3	xxiij	20. Ian.	6. Feb.	23.Mar.
1637	d	4	iiij	8.Feb.	25. Feb.	12.Apr.
1638	c	5	xv	31. Ian.	17. Feb.	4.Apr.
1639	b	6	xxvj	20.Feb.	9. Mar.	24.Apr.
1640	g	7	vij	5. Feb.	22. Feb.	8.Apr.
1641	f	8	xviij	27. Ian.	13. Feb.	31.Mar.
1642	e	9	xxix	16. Feb.	5.Mar.	20.Apr.
1643	d	10	x	1. Feb.	18. Feb.	5.Apr.
1644	c b	11	xxj	24. Ian.	10. Feb.	27.Mar.
1645	A	12	ij	12. Feb.	1. Mar.	16. Apr.
1646	g	13	xiij	28. Ian.	14. Feb.	1. Apr.
1647	f	14	xxiiij	17. Feb.	6. Mar.	21. Apr.
1648	e d	15	v	9. Feb.	26. Feb.	12. Apr.
1649	c	16	xvj	31. Ian.	7. Feb.	4. Apr.
1650	b	17	xxvij	13. Feb.	2. Mar.	17. Apr.

FESTORVM MOBILIVM.

Anni Dñi.	Aſcenſio Domini.	Pente-coſtes.	Corpus Chriſti.	Indi-ctio.	Dñicæ poſt Pēt.	Dñica j. Aduen.
1614	8. Maij	18. Maij	29. Maij	12	27	30. Nou.
1615	28. Maij	7. Iun.	18. Iun.	13	24	29. Nou.
1616	12. Maij	22. Maij	2. Iun.	14	26	27. Nou.
1617	4. Maij	14. Maij	25. Maij	15	28	3. Dec.
1618	24. Maij	3. Iun.	14. Iun.	1	25	2. Dec.
1619	9. Maij	19. Maij	30. Maij	2	27	1. Dec.
1620	28. Maij	7. Iun.	18. Iun.	3	24	29. Nou.
1621	20. Maij	30. Maij	10. Iun.	4	25	28. Nou.
1622	5. Maij	15. Maij	26. Maij	5	27	27. Nou.
1623	25. Maij	4. Iun.	15. Iun.	6	25	3. Dec.
1624	16. Maij	26. Maij	6. Iun.	7	26	1. Dec.
1625	8. Maij	18. Maij	29. Maij	8	27	30. Nou.
1626	21. Maij	31. Maij	11. Iun.	9	25	29. Nou.
1627	13. Maij	23. Maij	3. Iun.	10	26	28. Nou.
1628	1. Iun.	11. Iun.	22. Iun.	11	24	3. Dec.
1629	24. Maij	3. Iun.	14. Iun.	12	25	2. Dec.
1630	9. Maij	19. Maij	30. Maij	13	27	1. Dec.
1631	29. Maij	8. Iun.	19. Iun.	14	24	30. Nou.
1632	20. Maij	30. Maij	10. Iun.	15	25	28. Nou.
1633	5. Maij	15. Maij	26. Maij	1	27	27. Nou.
1634	25. Maij	4. Iun.	15. Iun.	2	25	3. Dec.
1635	17. Maij	27. Maij	7. Iun.	3	26	2. Dec.
1636	1. Maij	11. Maij	22. Maij	4	28	30. Nou.
1637	21. Maij	31. Maij	11. Iun.	5	25	29. Nou.
1638	13. Maij	23. Maij	3. Iun.	6	26	28. Nou.
1639	2. Iun.	12. Iun.	23. Iun.	7	23	27. Nou.
1640	17. Maij	27. Maij	7. Iun.	8	26	2. Dec.
1641	9. Maij	19. Maij	30. Maij	9	27	1. Dec.
1642	29. Maij	8. Iun.	19. Iun.	10	24	30. Nou.
1643	14. Maij	24. Maij	4. Iun.	11	26	29. Nou.
1644	5. Maij	15. Maij	26. Maij	12	27	27. Nou.
1645	25. Maij	4. Iun.	15. Iun.	13	25	3. Dec.
1646	10. Maij	20. Maij	31. Maij	14	27	2. Dec.
1647	30. Maij	9. Iun.	20. Iun.	15	24	1. Dec.
1648	21. Maij	11. Iun.	31. Maij	1	25	29. Nou.
1649	13. Maij	23. Maij	3. Iun.	2	27	28. Nou.
1650	26. Maij	5. Iunij	16. Iunij	3	24	7. Nou.

IANVARIVS.

Cyclus Epact.	L. D.		D. M.	
*	A	Kal.	1	Circumcisio Domini duplex.
xxix	b	iiij	2	Octaua S.Stephani. dup.cũ cõm. Octa.
xxviij	c	iij	3	Oct.S.Ioannis. dupl. cum commem. Octa. SS.Innocentium.
xxvij	d	Prid.	4	Octaua SS.Innocentium. dupl.
xxvj	e	Non.	5	Vigilia Epiph. cum commem. S. Telesphori Papæ, & mart.
25 xxv	f	viij	6	Epiphania Domini dupl.
xxiiij	g	vij	7	De Octaua Epiphaniæ.
xxiij	A	vj	8	De Octaua.
xxij	b	v	9	De Octaua.
xxj	c	iiij	10	De Octaua.
xx	d	iij	11	De Oct. & cõ. S.Hygini Papæ & mart.
xix	e	Prid.	12	De Octaua.
xviij	f	Idib.	13	Octaua Epiphaniæ. dupl.
xvij	g	xix	14	Hilarij Episcopi & confes. semid. cum commem. S.Felicis Presbyt. & mart.
xvj	A	xviij	15	Mauri Abbatis. dupl.
xv	b	xvij	16	Marcelli Papæ & mart. semidupl.
xiiij	c	xvj	17	Antonij Abbatis dupl.
xiij	d	xv	18	Cathedra S.Petri Romæ. dupl. & comm. S.Priscæ virginis & mart.
xij	e	xiiij	19	Pauli primi Eremitæ. semidupl. & comm. SS. Marij, Marthæ, Audifacis, & Abachum mart.
xj	f	xiij	20	Fabiani & Sebastiani martyrum. dupl.
x	g	xij	21	Agnetis virg. & mart. dupl.
ix	A	xj	22	Vincentij & Anastasij mart. semid.
viij	b	x	23	Emerentianæ virginis & mart.
vij	c	ix	24	Timothei Episcopi & mart. semidupl.
vj	d	viij	25	Conuersio S.Pauli Apostoli. dupl.
v	e	vij	26	Polycarpi Episcopi & mart. semid.
iiij	f	vj	27	Ioannis Chrysost. Epi & confess. dup.
iij	g	v	28	Agnetis secundo.
ij	A	iiij	29	
j	b	iij	30	
*	c	Prid.	31	

FE-

FEBRVARIVS.

Cyclus Epact.	L. D.		D. M.	
xxix	d	Kal.	1	Ignatij Episcopi & mart. semid.
xxviij	e	iiij	2	Purificatio beatæ Mariæ virg. dupl.
xxvij	f	iij	3	Blasij Episcopi & mart.
25 xxvj	g	Prid.	4	
xxv. xxiiij	A	Non.	5	Agathæ virg. & mart. semidupl.
xxiij	b	viij	6	Dorotheæ virginis & martyris.
xxij	c	vij	7	Romualdi Abbatis. dupl.
xxj	d	vj	8	
xx	e	v	9	Apolloniæ virginis & martyris.
xix	f	iiij	10	Scolasticæ virginis. dupl.
xviij	g	iij	11	
xvij	A	Prid.	12	
xvj	b	Idib.	13	
xv	c	xvj	14	Valentini Presbyteri & mart.
xiiij	d	xv	15	Faustini & Iouitæ martyrum.
xiij	e	xiiij	16	
xij	f	xiij	17	
xj	g	xij	18	Simeonis Episcopi & martyris.
x	A	xj	19	
ix	b	x	20	
viij	c	ix	21	
vij	d	viij	22	Cathedra S. Petri Antiochiæ. duplex.
vj	e	vij	23	Vigilia.
v	f	vj	24	Matthiæ Apostoli. duplex.
iiij	g	v	25	
iij	A	iiij	26	
ij	b	iij	27	
j	c	Prid.	28	

In anno Bissextili Februarius est dierum 29. & festum S. Matthiæ celebratur 25 Februarij, & bis dicitur, sexto Kalendas, idest, die 24. & die 25 & littera Dominicalis, quæ assumpta fuit in mense Ianuario, mutatur in præcedentem: Vt si in Ianuario littera Dominicalis fuit A, mutatur in præcedentem, quæ est g. &c.

MAR-

MARTIVS.

Cyclus Epact.	L. D.		D. M.	
*	d	Kal.	1	
xxix	e	vj	2	
xxviij	f	v	3	
xxvij	g	iiij	4	Lucij Papæ & martyris.
xxvj	A	iij	5	
25 xxv	b	Prid.	6	
xxiiij	c	Non.	7	Thomæ de Aquino confess. dup. & comm. SS. Perpetuæ & Felicitatis mart.
xxiij	d	viij	8	
xxij	e	vij	9	Quadraginta Martyrum. semidup.
xxj	f	vj	10	
xx	g	v	11	
xix	A	iiij	12	Gregorij Papæ & confess. & Ecclesiæ Doctoris. duplex.
xviij	b	iij	13	
xvij	c	Prid.	14	
xvj	d	Idib.	15	
xv	e	xvij	16	
xiiij	f	xvj	17	
xiij	g	xv	18	
xij	A	xiiij	19	Ioseph confessoris. duplex.
xj	b	xiij	20	
x	c	xij	21	Sancti Patris Benedicti Abbatis. dupl.
ix	d	xj	22	
viij	e	x	23	
vij	f	ix	24	
vj	g	viij	25	Annunciatio beatæ Mariæ Virginis. duplex.
v	A	vij	26	
iiij	b	vj	27	
iij	c	v	28	
ij	d	iiij	29	
j	e	iij	30	
*	f	Prid.	31	

APRILIS.

Cyclus Epact.	L. D.		D. M.	
xxix	g	Kal.	1	
xxviij	A	iiij	2	Francisci de Paula confess. dupl.
xxvij	b	iij	3	
25 xxvj	c	Prid.	4	
xxv. xxiiij	d	Non.	5	
xxiij	e	viij	6	
xxij	f	vij	7	
xxj	g	vj	8	
xx	A	v	9	
xix	b	iiij	10	
xviij	c	iij	11	Leonis Papæ & confess. duplex.
xvij	d	Prid.	12	
xvj	e	Idib.	13	
xv	f	xviij	14	Tiburtij, Valeriani, & Maximi martyr.
xiiij	g	xvij	15	
xiij	A	xvj	16	
xij	b	xv	17	Aniceti Papæ & mart.
xj	c	xiiij	18	
x	d	xiij	19	
ix	e	xij	20	
viij	f	xj	21	
vij	g	x	22	Soteris & Caij Pontificum & martyrum. semiduplex.
vj	A	ix	23	Georgij martyris. semiduplex.
v	b	viij	24	
iiij	c	vij	25	Marci Euangelistæ. dupl.
iij	d	vj	26	Cleti & Marcellini Pontificum & marty. semiduplex.
ij	e	v	27	
j	f	iiij	28	Vitalis martyris.
*	g	iij	29	Roberti Abbatis. dupl. & comm. S. Catharinę Senensis virg.
xxix	A	Prid.	30	Petri martyris. semiduplex.

M A I V S.

Cyclus Epact.	L. D.		D. M.	
xxviij	b	Kal.	1	Philippi & Iacobi Apostolorum. dup.
xxvij	c	vj	2	Athanasij Episcopi & confess. dupl.
xxvj	d	v	3	Inuentio S. Crucis. dupl. & com. SS. Alexandri, Euentij, & Theoduli mart. ac Iuuenalis Episcopi & confess. in Laudib. tantum.
25 xxv	e	iiij	4	Monicæ viduæ.
xxiiij	f	iij	5	
xxiij	g	Prid.	6	Ioannis ante portam Latinam. dup.
xxij	A	Non.	7	Stanislai Episcopi & mart. semid.
xxj	b	viij	8	Apparitio S. Michaelis Archang. dupl.
xx	c	vij	9	Gregorij Nazianzeni Episcopi & confes. duplex.
xix	d	vj	10	Gordiani & Epimachi martyrum.
xviij	e	v	11	
xvij	f	iiij	12	Nerei, Achillei, & Domitillæ virginis, atque Pancratij martyrum. semid.
xvj	g	iij	13	
xv	A	Prid.	14	Bonifacij mart.
xiiij	b	Idib.	15	
xiij	c	xvij	16	Vbaldi Episcopi & confessoris.
xij	d	xvj	17	
xj	e	xv	18	
x	f	xiiij	19	Petri Cælestini Papæ & confess. dup. cum comm. S. Pudentianæ virg.
ix	g	xiij	20	
viij	A	xij	21	
vij	b	xj	22	Romani Abbatis. dupl.
vj	c	x	23	
v	d	ix	24	
iiij	e	viij	25	Vrbani Papæ & martyris.
iij	f	vij	26	Eleutherij Papæ & martyris.
ij	g	vj	27	Ioannis Papæ & martyris.
j	A	v	28	
*	b	iiij	29	
xxix	c	iij	30	Felicis Papæ & martyris.
xxviij	d	Prid.	31	Petronillæ virginis.

I V N I V S.

Cyclus Epact.	L. D.		D. M.	
xxvij	e	Kal.	1	
25 xxvj	f	iiij	2	Marcellini, Petri, atque Erasmi mart.
xxv xxiiij	g	iij	3	
xxiij	A	Prid.	4	
xxij	b	Non.	5	
xxj	c	viij	6	
xx	d	vij	7	
xix	e	vj	8	
xviij	f	v	9	Primi & Feliciani martyrum.
xvij	g	iiij	10	
xvj	A	iij	11	Barnabæ Apostoli. dupl.
xv	b	Prid.	12	Basilidis, Cyrini, Naboris & Nazarij martyrum.
xiiij	c	Idib.	13	Antonij de Padua confess. semid.
xiij	d	xviij	14	Basilij Magni, Episcopi, & confess. dup.
xij	e	xvij	15	Viti, Modesti, atque Crescentiæ mart.
xj	f	xvj	16	
x	g	xv	17	
ix	A	xiiij	18	Marci & Marcelliani martyrum.
viij	b	xiij	19	Geruasij & Protasij martyrum.
vij	c	xij	20	Siluerij Papæ & martyris.
vj	d	xj	21	
v	e	x	22	Paulini Episcopi & confessoris.
iiij	f	ix	23	Vigilia.
iij	g	viij	24	Natiuitas S. Ioannis Baptistæ. dupl.
ij	A	vij	25	Guilielmi Abbatis. dupl. cum commemor. Oct. S. Ioannis.
j	b	vj	26	Ioannis & Pauli martyrum. semiduplex. cum commem. Octauæ Natiuitatis sancti Ioannis.
*	c	v	27	De Octa. Natiuitatis sancti Ioannis.
xxix	d	iiij	28	Leonis Papæ & confess. semid. & comm. Octauæ, & Vigiliæ.
xxviij	e	iij	29	Petri & Pauli Apostolorum. dupl.
xxvij	f	Prid.	30	Commemoratio sancti Pauli Apostoli. dup. & commemor. Octauæ Natiuitatis sancti Ioannis.



I V L I V S.

Cyclus Epact.	L. D.		D. M.	
xxvj	g	Kal.	1	Oct. S. Ioan. Bapt. dupl. & cõ. Oct. Apost.
25 xxv	A	vj	2	Visitatio B. Mariæ. dup. cũ cõ. oct. Apost. & SS. Processi & Martiniani mart.
xxiiij	b	v	3	De Octaua Apostolorum.
xxiij	c	iiij	4	De Octaua.
xxij	d	iij	5	De Octaua.
xxj	e	Prid.	6	Octaua Apost. Petri & Pauli. dup.
xx	f	Non.	7	
xix	g	viij	8	
xviij	A	vij	9	
xvij	b	vj	10	Septem fratrum marty. & SS. Ruffi. ac secundæ marty. semid.
xvj	c	v	11	Pij Papæ & martyris.
xv	d	iiij	12	Ioannis Gualberti Abb. dup. & commem. SS. Naboris & Felicis martyrum.
xiiij	e	iij	13	Anacleti Papæ & marty. semid.
xiij	f	Prid.	14	Bonauenturæ Episcopi & confess. dupl.
xij	g	Idib.	15	
xj	A	xvij	16	
x	b	xvj	17	Alexij Confessoris.
ix	c	xv	18	Symphorosæ cum septem filijs mart.
viij	d	xiiij	19	
vij	e	xiij	20	Margaritæ virginis & martyris.
vj	f	xij	21	Praxedis virginis.
v	g	xj	22	Mariæ Magdalenæ dupl.
iiij	A	x	23	Apollinaris Episcopi & mart. semid.
iij	b	ix	24	Vigilia. & cõm. S. Christinæ virg. & mart.
ij	c	viij	25	Iacobi Apostoli. dup. & cõm. S. Christophori mart. in Laudibus tantum.
j	d	vij	26	Annæ matris B. Mariæ. dupl.
*	e	vj	27	Pantaleonis martyris.
xxix	f	v	28	Nazarij, Celsi, & Victoris Papæ martyr. & Innocentij Papæ & conf. semid.
xxviij	g	iiij	29	Marthæ virg. semid. & cõ SS. Felicis Papę, Simplicij, Faustini, & Beatricis mart.
xxvij	A	iij	30	Abdon & Sennen martyrum.
xxvj	b	Prid.	31	

AV-

AVGVSTVS.

Cyclus Epact.	L. D.		D. M.	
xxv. xxiiij	c	Kal.	1	Petri ad Vinc. dup. & cō. SS. Mach. mart.
xxiij	d	iiij	2	Stephani Papæ & martyris.
xxij	e	iij	3	Inuentio S. Stephani protom. semid.
xxj	f	Prid.	4	Dominici confessoris. dupl.
xx	g	Non.	5	Dedicatio S. Mariæ ad Niues. dup.
xix	A	viij	6	Transfigur. Domini dup. & cō. SS. Xysti Papæ, Felicissimi & Agapiti mart.
xviij	b	vij	7	Donati Episcopi & martyris.
xvij	c	vj	8	Cyriaci, Largi, & Smaragdi mart. semid.
xvj	d	v	9	Vigilia. & comm. S. Romani mart.
xv	e	iiij	10	Laurentij martyris. dupl.
xiiij	f	iij	11	De Octaua S. Laurentij. cum comm. SS. Tiburtij & Susannæ martyr.
xiij	g	Prid.	12	De Octa. & comm. S. Claræ virg.
xij	A	Idib.	13	De Octa. & comm. SS. Hipp. & Cass. mart.
xj	b	xix	14	De Octa. cū comm. Vig. & S. Eusebij conf.
x	c	xviij	15	Assumptio B. Mariæ virginis. dupl.
ix	d	xvij	16	De Oct. Assumpt. B. Mariæ. cum commem. Oct. S. Laurentij.
viij	e	xvj	17	Oct. S. Laur. dup. & cōm. Oct. Assumpt.
vij	f	xv	18	De Oct. & commem. S. Agapiti mart.
vj	g	xiiij	19	De Octaua.
v	A	xiij	20	Bernardi Abb. dup. cū cōm. Oct. Assumpt.
iiij	b	xij	21	De Octaua.
iij	c	xj	22	Oct. Assumpt. B. Mariæ. dup cū cō SS. Timothei, Hippolyti, & Symphoriani mart.
ij	d	x	23	Vigilia.
j	e	ix	24	Bartholomæi Apostoli. dup. Romæ celebratur 25.
*	f	viij	25	Ludouici Regis Franciæ confess.
xxix	g	vij	26	Zephyrini Papæ & martyris.
xxviij	A	vj	27	
xxvij	b	v	28	Augustini Episc. conf. & Eccl. Doct. dup. & commemor. S. Hermetis mart.
xxvj	c	iiij	29	Decol. S. Io. Bapt. dupl. & cō S. Sab. mart.
25 xxv	d	iij	30	Felicis & Adaucti martyrum.
xxiiij	e	Prid.	31	

SEPTEMBER.

Cyclus Epact.	L. D.		D. M.	
xxiij	f	Kal.	1	Ægidij Abbatis. & commem. SS. duodecim Fratrum martyrum.
xxij	g	iiij	2	
xxj	A	iij	3	
xx	b	Prid.	4	
xix	c	Non.	5	
xviij	d	viij	6	
xvij	e	vij	7	
xvj	f	vj	8	Natiuitas B. Mariæ virg. dup. & commem. S. Adriani mart. in Laudibus tantum.
xv	g	v	9	De Oct. S. Mariæ. & cō. S. Gorgonij mart.
xiiij	A	iiij	10	Nicolai de Tolentino confess. semid. cum comm. Octa. Natiuitatis B. Mariæ.
xiij	b	iij	11	De Oct. & cō. SS. Proti & Hyacinthi mart.
xij	c	Prid.	12	De Octaua.
xj	d	Idib.	13	De Octaua.
x	e	xviij	14	Exaltatio S. Crucis. dupl. cum commem. Octa. Natiuitatis beatæ Mariæ.
ix	f	xvij	15	Oct. Natiuitatis beatæ Mariæ. dup. cum cōmem. S. Nicomedis mart.
viij	g	xvj	16	Cornelij & Cypriani Pont. & mart. semid. cū cō. SS. Euphemię, Lucię & Gemin. m̄.
vij	A	xv	17	
vj	b	xiiij	18	
v	c	xiij	19	Ianuarij Episcopi, & sociorū mart. semid.
iiij	d	xij	20	Vig. & co. SS. Eustachij, & soc. mart.
iij	e	xj	21	Matthæi Apostoli & Euang. dup.
ij	f	x	22	Mauritij & sociorum martyrum.
j	g	ix	23	Lini Papæ & mart. semid. cum commemor. S. Theclæ virginis & mart.
*	A	viij	24	
xxix	b	vij	25	
xxviij	c	vj	26	Cypriani & Iustinæ martyrum.
xxvij	d	v	27	Cosmæ & Damiani mart. semid.
25 xxvj	e	iiij	28	
xxv xxiv	f	iij	29	Dedicatio S. Michaelis Archang. dupl.
xxiij	g	Prid.	30	Hierony. Presb. conf. & Eccl. Doct. dupl.

OCTO-

OCTOBER.

Cyclus Epact.	L. D.		D. M.	
xxij	A	Kal.	1	Remigij Episcopi & confessoris.
xxj	b	vj	2	
xx	c	v	3	
xix	d	iiij	4	Francisci confess. dup.
xviij	e	iij	5	Placidi & sociorum martyrum. dup.
xvij	f	Prid.	6	
xvj	g	Non.	7	Iustinæ virginis & mart. dup. & comme. S. Marci Papæ, & confess. & SS. Sergij, Bacchi, Marcelli, & Apuleij mart.
xv	A	viij	8	
xiiij	b	vij	9	Dionysij, Rustici, & Eleutherij martyr. semidupl.
xiij	c	vj	10	
xij	d	v	11	
xj	e	iiij	12	
x	f	iij	13	
ix	g	Prid.	14	Callisti Papæ & mart. semidupl.
viij	A	Idib.	15	
vij	b	xvij	16	Galli Abbatis. dupl.
vj	c	xvj	17	
v	d	xv	18	Lucæ Euangelistæ. dupl.
iiij	e	xiiij	19	
iij	f	xiij	20	
ij	g	xij	21	Hilarionis Abbatis. & comm. SS. Vrsulæ, & sociarum virginum & marty.
j *	A	xj	22	
*	b	x	23	
xxix	c	ix	24	
xxviij	d	viij	25	Chrysanthi & Dariæ martyrum.
xxvij	e	vij	26	Euaristi Papæ & martyris.
xxvj	f	vj	27	Vigilia.
25 xxv	g	v	28	Simonis & Iudæ Apostolorum. dupl.
xxiiij	A	iiij	29	
xxiij	b	iij	30	
xxij	c	Prid.	21	Vigilia.

NOVEMBER.

Cyclus Epact.	L. D.		D. M.	
xxj	d	Kal.	1	Festum omnium Sanctorum. dupl.
xx	e	iiij	2	Commem. omnium fideliū Defunct. dup. & de oct. Omnium Sanctorum.
xix	f	iij	3	De octaua.
xviij	g	Prid.	4	De oct. cū cōm. SS. Vitalis, & Agric. mart.
xvij	A	Non.	5	De octaua.
xvj	b	viij	6	De octaua.
xv	c	vij	7	De octaua.
xiiij	d	vj	8	Octaua omnium Sanctorum. dup. & cōm. SS. Quatuor Coronatorum martyr.
xiij	e	v	9	Dedic. Basilicæ Saluatoris. dupl. & comm. S. Theodori martyr.
xij	f	iiij	10	Tryphonis, Respicij, & Nymphæ mart.
xj	g	iij	11	Martini Episc. & confes. dupl. & comm. S. Mennæ marty.
x	A	Prid.	12	Æmiliani Abbatis. dupl.
ix	b	Idib.	13	Festū oīum SS. Monac. Ord. S. P. Benedicti.
viij	c	xviij	14	Martini Papæ & mart. semid. (dupl.
vij	d	xvij	15	
vj	e	xvj	16	
v	f	xv	17	Gregorij Thaumaturgi Episcopi & conf. semiduplex.
iiij	g	xiiij	18	Dedicatio Basilic. Petri & Pauli. dup.
iij	A	xiij	19	Odonis Abb. dup. cū cō. S. Pontiani Pa-
ij	b	xij	20	(pæ & mart.
j	c	xj	21	Præsentatio beatæ Mariæ virg. dup.
*	d	x	22	Cæciliæ virginis & mart. semiduplex.
xxix	e	ix	23	Clementis Papæ & mart. semid. cum cōm. S. Felicitatis mart.
xxviij	f	viij	24	Chrysogoni mart.
xxvij	g	vij	25	Catharinæ virginis & mart. dup.
25 xxvj	A	vj	26	Siluestri Abbat. dup. cum comm. S. Petri Alexandrini Episcopi & mart.
xxv xxiiij	b	v	27	
xxiij	c	iiij	28	
xxij	d	iij	29	Vigilia. & comm. S. Saturnini mart.
xxj	e	Prid.	30	Andreæ Apostoli. dupl.

DE-

DECEMBER.

Cyclus Epact.	L. D.		D. M.	
xx	f	I Kal.	1	
xix	g	iiij	2	Bibianæ virginis & mart. commem.
xviij	A	iij	3	
xvij	b	Prid.	4	Barbaræ virginis & martyris. commem.
xvj	c	Non.	5	Sabbæ Abbatis. commemoratio.
xv	d	viij	6	Nicolai Episcopi & confess. semid.
xiiij	e	vij	7	Ambrosij Episc. & cõf. & Eccl. Doct. dup.
xiij	f	vj	8	Conceptio beatæ Mariæ virg. dup.
xij	g	v	9	
xj	A	iiij	10	Melchiadis Papæ & mart. commem.
x	b	iij	11	Damasi Papæ & confess. semid.
ix	c	Prid.	12	
viij	d	Idib.	13	Luciæ virginis & martyris. dupl.
vij	e	xix	14	
vj	f	xviij	15	Eusebij Vercellensis Episcopi & mar. cõm.
v	g	xvij	16	
iiij	A	xvj	17	
iij	b	xv	18	
ij	c	xiiij	19	
j	d	xiij	20	Vigilia.
*	e	xij	21	Thomæ Apostoli. duplex.
xxix	f	xj	22	
xxviij	g	x	23	
xxvij	A	ix	24	Vigilia.
xxvj	b	viij	25	Natiuitas Dñi nostri Iesu Christi. dupl.
25 xxv	c	vij	26	Stephani Protomart. dupl. cum comme. Octa. Natiuitatis.
xxiiij				
xxiij	d	vj	27	Ioan. Apost. & Euang. dup. cũ cõm. Octa.
xxij	e	v	28	SS. Innoc. mart. dup. cum comme. Octa.
xxj	f	iiij	29	Tho. Cãtuar. Episc. & mart. sem. cũ cõ. Oct.
	g	iij	30	De Dominica infra Octa. Natiuitatis, vel de Octaua cum comm. Octauæ.
xx	A	Prid.	31	Siluestri Papæ & conf. dup. cũ cõm. Oct.

Hæc Epacta 19. nigra numquam est in vsu, nisi quando eodem anno concurrit cum Aureo numero xix.

PSALMORVM INDEX.

Dixit

Miſe-

CANTICORVM INDEX.

HYMNORVM INDEX.

Æterna

INDEX.

Qui-

FINIS.



ABSOLVTIONES
ET BENEDICTIONES

Dicendę ante Lectiones in Officio duodecim & trium Lectionum atque vnius.

In primo Nocturno, & pro ij. & v. Feria Abſolutio.

EXaudi Domine Ieſu Chriſte, preces ſeruorum tuorum, & miſerere nobis, qui cum Patre, & Spiritu sācto viuis & regnas in ſęcula ſæculorum. ℟. Amen.

Benedictiones.

1. Benedictione perpetua benedicat nos Pater æternus. ℟. Amen.
2. Vnigenitus Dei Filius nos benedicere & adiuuare dignetur.
3. Spiritus ſancti gratia illuminet ſenſus & corda noſtra.
4. In vnitate ſancti Spiritus, benedicat nos Pater & Filius.

In ſecundo Nocturno, & pro iij. & vj. Feria. Abſolutio.

IPſius pietas & miſericordia nos adiuuet, qui cum Patre & Spiritu ſancto viuit & regnat in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

Benedictiones.

5. Deus Pater omnipotens ſit nobis propitius & clemens. ℟. Amen.
6. Chriſtus perpetuæ det nobis gaudia vitæ.
7. Ignem ſui amoris accendat Deus in cordibus noſtris.
8. A cunctis vitijs & peccatis, abſoluat nos virtus ſanctæ Trinitatis.

In tertio Nocturno, & pro Feria iiij. & Sabbato. Abſolutio.

A Vinculis peccatorum noſtrorum abſoluat nos omnipotens & miſericors Dominus. ℟. Amen.

Benedictiones.

9. Euangelica Lectio ſit nobis ſalus & protectio. ℟. Amen.
10. Ille nos benedicat, qui ſine fine viuit & regnat.
11. Diuinum auxilium maneat ſemper nobiſcum.
12. Ad ſocietatem ciuium ſupernorum perducat nos Rex Angelorum.

Si Officium ſit de Sancto duodecim Lectionum, vndecima Benedictio erit.

Cuius Feſtum colimus, ipſe, **vel** ipſa intercedat pro nobis ad Dominum.

Quando ſunt plures, dicitur,

Quorum, **vel**, Quarum feſtum colimus, ipſi, **vel** ipſæ, intercedant pro nobis ad Dominum.

Si Officium ſit de S. Maria, vndecima Benedictio erit.

Cuius feſtum colimus, ipſa Virgo

go virginum intercedat pro nobis ad Dominum.

Si in vltima Lectione legendum sit aliud Euang. cum Homil. duodecima Benedictio erit.

Per Euangelica dicta, deleantur nostra delicta.

Quæ Benedictio in nocte Natiuitatis Domini dicitur ante x. Lect. & tunc ante xj. Lect. dicitur.

Verba sancti Euangelij doceat nos Christus Filius Dei.

Ante xij. verò Lectionē dictæ noctis dicitur:

Per Euangelicum verbum, regnum mereamur æternum.

In Officio trium Lectionum dicuntur Absolutiones, & Benedictiones prædictæ ordine superiùs in Rubric. general. & in prima Dominica de Aduentu descripto: & in eo quando non legitur Homil. cum Euang. & Benedictiones sumendæ sunt ex iij. Noctur. prima Benedictio dicitur.

1. Ille nos benedicat, qui sine fine viuit & regnat.
2. Diuinum auxilium.
3. Ad societatem.

In Officio trium Lectionū quando legitur Homil. cum Euangel. prima Benedictio erit.

1. Euangelica lectio.
2. Diuinum auxilium.
3. Ad societatem.

Si Officium fit de Sancto trium Lectionum & infra Octauas de Sanctis; prima Benedictio erit.

1. Ille nos benedicat, qui sine fine viuit & regnat.
2. Cuius, vel, Quorum.
3. Ad societatem.

Sed si Lectio iij. erit de Homilia, tunc dicetur tertia Benedictio, Euangelica Lectio.

In Officio de Sancta Maria in Sabbato Absolutio & Benedictiones dicuntur vt in eius Officio in Sabbato.

In Officio vnius Lectionis Absolutiones & Benedictiones dicuntur vt in Psalterio.



ANTE DIVINVM OFFICIVM DICENDA ORATIO.

APeri Domine os meum ad benedicendum nomen sanctum tuum, munda quoque cor meum ab omnibus vanis, peruersis, & alienis cogitationibus: intellectum illumina, affectum inflamma, vt dignè, & attentè, ac deuotè hoc officium recitare valeam, & exaudiri merear ante conspectum Diuinæ Maiestatis tuæ. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Orationem sequentem deuotè post Officium recitantibus, Leo X. Papa, defectus, & culpas in eo persoluendo ex humana fragilitate contractas indulsit.

SAcrosanctæ, & indiuiduæ Trinitati, Crucifixi Domini Nostri Iesu Christi humanitati, Beatissimæ ac gloriosissimæ Virginis Mariæ fecundæ integritati, & omnium Sanctorum Vniuersitati sit sempiterna Laus, Honor, Virtus, & Gloria ab omni creatura, nobisq. remissio peccatorum, per infinita sæcula sæculorum. Amen.

Et beata viscera Mariæ Virginis, quæ portauerunt æterni Patris Filium, & beata Vbera, quæ lactauerunt Christum Dominum. Pater noster, &c. Aue Maria, &c.



PSALTERIVM DISPOSITVM PER HEBDOMADAM

SECVNDVM REGVLAM S. BENEDICTI.

FERIA SECVNDA AD PRIMAM.

Ante Primam, & omnes Horas, præterquam ad Completorium, dicitur secretò.

PAter noster, qui es in cęlis: sanctificetur nomen tuū: Adueniat regnum tuum: Fiat voluntas tua, sicut in cælo & in terra: Panē nostrum quotidianum da nobis hodie: Et dimitte nobis debita nostra: sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: Et ne nos inducas in tentationem: Sed libera nos à malo. Amen.

AVe Maria, gratia plena: Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui, Iesus. Sancta Maria mater Dei ora pro nobis peccatoribus, nunc & in hora mortis nostræ. Amen.

In principio Matutini, & Primæ, ac in fine Completorij, dicitur etiam Symbolum Apostolorum.

CRedo in Deum, Patrem omnipotentem, Creatorem cæli, & terræ. Et in Iesum Chri-

ſtum filium eius vnicum, Dominum noſtrum: Qui conceptus eſt de Spiritu ſancto, natus ex Maria Virgine: Paſſus ſub Pontio Pilato, crucifixus, mortuus, & ſepultus: Deſcendit ad inferos, tertia die reſurrexit à mortuis: Aſcendit ad cælos, ſedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis: Inde venturus eſt iudicare viuos, & mortuos. Credo in Spiritum ſanctum: Sanctam Eccleſiam Catholicam: Sanctorum communionem: Remiſſionem peccatorum: Carnis reſurrectionem: Vitam æternam. Amen.

Deinde clara voce dicitur.

℣. Deus in adiutorium meum intende.
℟. Domine ad adiuuandum me feſtina.
Gloria Patri, & Filio: & Spiritui ſancto. Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper: & in ſæcula ſæculorum. Amen. Alleluia.

Sic dicitur Alleluia, ad omnes Horas per totum annum, præterquam à Dominica in Septuageſima, vſque ad Feriam v. in cœna Domini, tunc enim dicitur: Laus tibi Domine, Rex æternæ gloriæ.

Hymnus.

IAm lucis orto ſiderẽ
Deum precemur ſupplices,
Vt in diurnis actibus
Nos ſeruet à nocentibus.
Linguam refrænans temperet,
Ne litis horror inſonet:

Viſum

Viſum fouendo contegat,
Ne vanitates hauriat.
Sint pura cordis intima,
Abſiſtat & vecordia:
Carnis terat ſuperbiam
Potus cibique parcitas.
Vt cum dies abſceſſerit,
Noctemque ſors reduxerit,
Mundi per abſtinentiam
Ipſi canamus gloriam.
Deo Patri ſit gloria,
Eiusque ſoli Filio,
Cum Spiritu paraclito,
Et nunc, & in perpetuum. Amen.

Tempore Aduentus, Antiphona ex Laudibus Dominicæ pręcedentis, vel ex proprijs, ſi adſint.
Tempore Quadrageſimæ, Antiph. Viuo ego.
Tempore Paſſionis, Antiph. Libera me Dñe.
Tempore Paſchali, Antiphona. Alleluia.
Prædictæ Añæ dñr per oẽs Ferias ad Primam.
In Feriali Officio per Annum, Antiphona.
Seruite Domino.

Pſalmus 1.

BEatus vir qui non abijt in conſilio impiorũ, & in via peccatorum non ſtetit: & in cathedra peſtilentiæ non ſedit.
Sed in lege Domini voluntas eius: & in lege eius meditabitur die ac nocte.
Et erit tamquam lignum, quod plantatum eſt

ſecus decurſus aquarum: quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo.
Et folium eius non defluet: & omnia quæcumque faciet, proſperabuntur.
Non ſic impij, non ſic: ſed tamquam puluis, quē proijcit ventus à facie terræ.
Ideo non reſurgent impij in iudicio: neque peccatores in concilio iuſtorum.
Quoniam nouit Dominus viam iuſtorum: & iter impiorum peribit.
Gloria Patri, & Filio: & Spiritui ſancto.
Sicut erat in principio, & nunc, & ſemper, & in ſæcula ſæculorum. Amen.
Hic verſus, Gloria, ſemper dicitur in fine omnium Pſalmourm niſi aliter notetur. Pſalmus 2.
QVare fremuerunt gentes: & populi meditati ſunt inania?
Aſtiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum: aduerſus Dominum, & aduerſus Chriſtum eius.
Dirumpamus vincula eorum: & proijciamus à nobis iugum ipſorum.
Qui habitat in cælis, irridebit eos: & Dominus ſubſannabit eos.
Tunc loquetur ad eos in ira ſua: & in furore ſuo conturbabit eos.
Ego autem conſtitutus ſum rex ab eo ſuper Sion montē ſanctum eius: prædicans præceptum eius.
Domi-

Dominus dixit ad me: Filius meus es tu, ego hodie genui te.

Postula à me, & dabo tibi Gentes hereditatem tuam: & possessionem tuam terminos terræ.

Reges eos in virga ferrea: & tamquam vas figuli confringes eos.

Et nunc reges intelligite: erudimini qui iudicatis terram.

Seruite Domino in timore: & exultate ei cum tremore.

Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus: & pereatis de via iusta.

Cum exarserit in breui ira eius; beati omnes, qui confidunt in eo.

Psalmus 6.

DOmine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me.

Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum: sana me Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea.

Et anima mea turbata est valde: sed tu Domine vsquequo?

Conuertere Domine, & eripe animam meam: saluum me fac propter misericordiam tuam.

Quoniam non est in morte, qui memor sit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi?

Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum: lacrymis meis stratum meum rigabo.

Turbatus est à furore oculus meus: inueteraui inter omnes inimicos meos.

Discedite à me oẽs qui operamini iniquitatem: quoniam exaudiuit Dominus vocem fletus mei.

Exaudiuit Dominus deprecationem meam: Dominus orationem meam suscepit.

Erubescant & conturbentur vehementer omnes inimici mei: conuertantur & erubescant valde velociter. Domine Deus meus 13.

Tempore Aduentus Antiphona ex Laudibus Dominicæ præcedentis, vel ex proprijs Laudib.

Tempore Quadragesimæ, Antiphona.

Viuo ego, dicit Dominus, nolo mortem peccatoris, sed vt magis conuertatur, & viuat.

Tempore Passionis, Antiphona.

Libera me Domine, & pone me iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me.

Tempore Paschali, Aña. Allel. allel. allel. allel.

In Feriali Officio per Annum, Antiphona.

Seruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore. Capitulum. *1. Tim. 1. d. 17.*

Regi sæculorum immortali & inuisibili, soli Deo honor & gloria in sæcula sæculorum. Amen. ℟. Deo gratias.

Hoc Capitulum dicitur in omnibus solemnitatibus, & Sanctorum Festis, & per Octauas, & per totum tempus Paschale.

Pro Ferijs tantùm. Capitulum. *Zach. 8. d. 19.*

Pacem

PAcem & veritatem diligite, ait Dominus omnipotens. ℟. Deo gratias.
℣. Exurge Christe, adiuua nos.
℟. Et libera nos propter nomen tuum.
Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie eleison.
Pater noster. secret. vsque ad ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo.

Sequentes Preces non dicuntur in Duplicibus, nec infra Octauas; sed tunc dicto, Pater noster, dicitur. Dominus vobiscum, & Oratio. Domine Deus omnipotens. vt infrà.

Quando vero Preces ad Primam & Completorium dicantur flexis genibus, dicitur in rubricis generalibus de Precibus & genuflexione. Preces.

Credo in Deum. secretò vsque ad ℣. Carnis resurrectionem. ℟. Vitam æternam. Amen.
℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cælum & terram.

Deinde Hebdomadarius facit confessionem.

COnfiteor Deo omnipotenti, beatæ Mariæ semper virgini, beato Michaeli Archangelo, beato Ioanni Baptistæ, sanctis Apostolis Petro, & Paulo, beato Benedicto, omnibus sanctis, & vobis fratres: quia peccaui nimis cogitatione, verbo & opere: mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa: ideo precor beatam Mariam semper virginem, beatum Michaelẽ Archãgelũ, beatum Ioãnem Baptistã, sanctos Apostolos Petrũ,

& Paulum, beatum Benedictum, omnes ſanctos, & vos fratres, orare pro me ad Dn̄m Deū noſtrū.

Chorus reſpondet.

MIſereatur tui omnipotens Deus, & dimiſſis peccatis tuis, perducat te ad vitam æternam. ℞. Amen.

Deinde repetit confeſſionem, & vbi dicitur, vobis fratres, &, vos fratres, dicitur, tibi pater, &, te pater.

Facta cōfeſſione à Choro, Hebdomadarius dicit.

MIſereatur veſtri omnipotēs Deus, & dimiſſis peccatis veſtris, perducat vos ad vitam æternam. ℞. Amen.

INdulgentiam abſolutionem, & remiſſionem peccatorum noſtrorum tribuat nobis omnipotens, & miſericors Dominus. ℞. Amen.

Et proſequitur. ℣. Dignare Domine die iſto. ℞. Sine peccato nos cuſtodire. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℞. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum. ℞. Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Oratio.

DOmine Deus omnipotens, qui ad principium huius diei nos peruenire feciſti: tua nos hodie ſalua virtute: vt in hac die ad nullum declinemus peccatum, ſed ſemper ad tuam iuſtitiam faciendam noſtra procedant eloquia, dirigantur cogitationes, & opera. Per Dominum noſtrū Ieſum Chriſtum Filiū tuū: qui tecū viuit &

regnat in vnitate Spiritus ſancti Deus, per omnia ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

℣. Benedicamus Domino. ℟. Deo gratias.

Quo dicto, dicitur Prima de B. Maria ſi dicenda eſt. Deinde immediatè legitur Martyrologium, & reliqua iuxta rubricam generalem.

Poſtea Hebdomadarius dicit ℣. Pretioſa in conſpectu Domini. ℟. Mors ſanctorum eius.

Et abſolutè ſine Oremus. Oratio.

SAncta Maria, & omnes ſancti intercedát pro nobis ad Dominum: vt nos mereamur ab eo adiuuari & ſaluari, qui viuit & regnat in ſæcula ſæculorum. ℟. Amen.

℣. Deus in adiutorium meum intende.

℟. Domine ad adiuuandum me feſtina.

Et dicitur ter: vltimo additur, Gloria Patri. Sicut erat. Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſ. Pater noſter. ſecr. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo.

℣. Reſpice in ſeruos tuos Domine, & in opera tua, & dirige filios eorum. ℟. Et ſit ſplendor Domini Dei noſtri ſuper nos, & opera manuum noſtrarum dirige ſuper nos, & opus manuum noſtrarú dirige. ℣. Gloria. ℟. Sicut. Oremus. Oratio.

DIrigere & ſanctificare, regere & gubernare dignare Domine Deus rex cæli & terræ, hodie corda & corpora noſtra, ſenſus, ſermones,

nes, & actus nostros in lege tua, & in operibus mandatorum tuorum: vt hic, & in æternum, te auxiliante salui & liberi esse mereamur, Saluator mundi: Qui viuis & regnas in sęcula sæculorum. ℟. Amen. ℣. Iube domne benedicere.

Benedictio. Dies & actus nostros in sua pace disponat Dominus omnipotens. ℟. Amen.

Ad Absolutionem Capituli in Dominicis & Ferijs per annum, ab oct. Epiph. vsque ad Dominicam j. Quadragesimæ, & ab Octaua Pentecostes vsque ad Aduentum exclusiuè. Lectio breuis. *2. Thess. 3. a. 5.*

DOminus autem dirigat corda & corpora nostra in charitate Dei, & patientia Christi. Tu autem Domine miserere nobis. ℟. Deo gratias.

A Dominica prima Aduentus, vsque ad Vigiliam Natiuitatis Domini exclusiuè. *Isa. 33. a. 2.*

DOmine, miserere nostri: te enim expectauimus: esto brachium nostrum in manè: & salus nostra in tempore tribulationis. Tu autem.

A Dominica j. Quadrag. vsque ad Dominicam Passionis exclusiuè. *Isa. 55. b. 6.*

QVęrite Dominum, dum inueniri potest: inuocate eum, dum prope est. Tu autem.

A Dominica Passionis vsq. ad Feriam v. in Cœna Domini exclusiuè. *Isa. 50. c. 6.*

FAciem meam non auerti ab increpantibus & conspuentibus in me, Dominus Deus auxi-

liator

liator meus, & ideo non ſum cõfuſus. Tu autem.

A Dominica Reſurrectionis vſque ad Aſcenſionem excluſiuè. *Coloſſ.3.a.1.*

SI conſurrexiſtis cum Chriſto, quę ſurſum ſunt quærite, vbi Chriſtus eſt in dextera Dei ſedens: quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper terram. Tu autem Domine.

Poſt Lectionem breuem dicitur.

℣. Adiutorium noſtrum in nomine Domini.
℟. Qui fecit cælum & terram.
℣. Benedicite. ℟. Deus.

Benedictio. Dominus nos benedicat, & ab omni malo defendat, & ad vitam perducat ęternam: & Fidelium animæ per miſericordiam Dei requieſcant in pace. ℟. Amen.

Deinde dicit Lector. Commemoratio omniũ fratrum, familiarium Ordinis noſtri, atque benefactorum noſtrorum.

Deinde Superior, ℣. Requieſcant in pace.
℟. Amen. Pſalmus 129.

DE profundis clamaui ad te Domine: Domine exaudi vocem meam.

Fiant aure tuæ intendentes: in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitates obſeruaueris Domine: Domine quis ſuſtinebit?

Quia apud te propitiatio eſt: & propter legem tuam ſuſtinui te Domine.

Sustinuit anima mea in verbo eius: sperauit anima mea in Domino.
A custodia matutina vsque ad noctem: speret Israël in Domino.
Quia apud Dominum misericordia: & copiosa apud eum redemptio.
Et ipse redimet Israël: ex omnib⁹ iniq̃tatib⁹ eius.
Requiem æternam dona eis Domine.
Et lux perpetua luceat eis.
℣. A porta inferi. ℟. Erue Domine animas eorum. ℣. Requiescant in pace. ℟. Amen.
℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus. Oratio.

Deus veniæ largitor, & humanæ salutis amator, quæsumus clementiam tuam: vt nostræ Congregationis fratres, propinquos, & benefactores, qui ex hoc sæculo transierunt, beata Maria semper virgine intercedente cum omnibus Sanctis tuis, ad perpetuæ beatitudinis consortiũ peruenire concedas. Per Dominum nostrum.
℣. Requiẽ æternã dona eis Dñe. ℟. Et lux perpetua luceat eis. ℣. Requiescant in pace. ℟. Amen.
Extra Conuentũ nõ legitur Martyrologiũ, sed immediatè post Orationẽ Primæ, dicto, Benedicamus Dño, dicitur Pretiosa. cum reliq. vt sup.
Ad Absolutionem Capituli in Festis dicitur Capitulum Nonæ.

F E-

FERIA III. Ad Primam.

In Feriali Officio per Annum, Antiphona.

Deus iudex iuſtus.

Alijs temporibus, vt ſuprà Feria ſecunda aſſignatur.

Pſalmus 7.

DOmine Deus meus, in te ſperaui: ſaluum me fac ex omnibus perſequentibus me, & libera me.

Ne quando rapiat vt leo animam meam: dum non eſt qui redimat, neque qui ſaluum faciat.

Domine Deus meus, ſi feci iſtud: ſi eſt iniquitas in manibus meis.

Si reddidi retribuētibus mihi mala: decidā merito ab inimicis meis inanis.

Perſequatur inimicus animam meam, & comprehendat, & conculcet in terra vitam meam: & gloriam meam in puluerem deducat.

Exurge Domine in ira tua: & exaltare in finibus inimicorum meorum.

Et exurge Domine Deus meus in pręcepto quod mandaſti: & ſynagoga populorū circumdabit te.

Et propter hanc in altum regredere: Dominus iudicat populos.

Iudica me Domine ſecundùm iuſtitiam meam: & ſecundùm innocentiam meam ſuper me.

Conſumetur nequitia peccatorum, & diriges iuſtum: ſcrutans corda & renes Deus.

Iuſtum adiutorium meū à Domino: qui ſaluos

facit

facit rectos corde.
Deus iudex iustus, fortis, & patiens: numquid irascitur per singulos dies?
Nisi conuersi fueritis, gladium suum vibrabit: arcum suum tetendit, & parauit illum.
Et in eo parauit vasa mortis: sagittas suas ardentibus effecit.
Ecce parturijt iniustitiam: concepit dolorem, & peperit iniquitatem.
Lacum aperuit, & effodit eum: & incidit in foueam, quam fecit.
Conuertetur dolor eius in caput eius: & in verticem ipsius iniquitas eius descendet.
Confitebor Domino secundùm iustitiam eius: & psallam nomini Domini altissimi. Psalmus 8.
DOmine Dominus noster: quàm admirabile est nomen tuum in vniuersa terra!
Qm̃ eleuata est magnificentia tua: super cælos.
Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos: vt destruas inimicum & vltorem.
Quoniam videbo cælos tuos, opera digitorum tuorum: lunam & stellas, quæ tu fundasti.
Quid est homo, quòd memor es eius? aut filius hominis quoniam visitas eum?
Minuisti eum paulominus ab angelis: gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum.
Omnia

Omnia ſubiecisti ſub pedibus eius, oues & boues vniuerſas: inſuper & pecora campi.
Volucres cæli, & piſces maris: qui perambulant ſemitas maris.
Domine Dominus noſter: quàm admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra! Pſalmus 9.
COnfitebor tibi Domine in toto corde meo: narrabo omnia mirabilia tua.
Lætabor & exultabo in te: pſallam nomini tuo Altiſſime.
In conuertendo inimicum meum retrorſum: infirmabuntur & peribunt à facie tua.
Quoniam feciſti iudicium meum & cauſam meam: ſediſti ſuper thronum, qui iudicas iuſtitiã.
Increpaſti gentes, & perijt impius: nomen eorũ deleſti in æternum & in ſæculum ſæculi.
Inimici defecerunt frameæ in finem: & ciuitates eorum deſtruxiſti.
Perijt memoria eorum cum ſonitu: & Dominus in æternum permanet.
Parauit in iudicio thronũ ſuũ: & ipſe iudicabit orbẽ terræ in æquitate, iudicabit populos in iuſtitia.
Et factus eſt Dominus refugium pauperi: adiutor in opportunitatibus, in tribulatione.
Et ſperent in te qui nouerunt nomẽ tuum: quoniam non dereliquſti quærentes te Domine.
Pſallite Domino, qui habitat in Sion: annunciate inter Gentes ſtudia eius.
Quo-

Quoniam requirens ſanguinem eorum recordatus eſt: non eſt oblitus clamorem pauperum.

Miſerere mei Domine: vide humilitatẽ meam de inimicis meis.

Qui exaltas me de portis mortis: vt annunciem omnes laudationes tuas in portis filiæ Sion.

Exultabo in ſalutari tuo: infixæ ſunt Gentes in interitu, quem fecerunt.

In laqueo iſto, quem abſconderunt: comprehenſus eſt pes eorum.

Cognoſcetur Dominus iudicia faciẽs: in operibus manuum ſuarum comprehẽſus eſt peccator.

Conuertantur peccatores in infernum: omnes Gentes quæ obliuiſcuntur Deum.

Quoniam non in finem obliuio erit pauperis: patientia pauperum non peribit in finem.

In Feriali Officio per Annum, Antiphona.

Deus iudex iuſtus, fortis, & longanimis: numquid iraſcetur per ſingulos dies?

FERIA IIII. Ad Primam.

In Feriali Officio per Annum. Antiphona.

Exurge Domine. Et non repetitur in Pſalmo: quod ſemper fit, quando Antiphona incipit à primo verſu Pſalmi.

Alijs temporibus, vt ſuprà Feria ſecunda aſſignatur. Diuiſio Pſalmi 9.

EXurge Domine, non confortetur homo: iudicentur Gentes in conſpectu tuo.

Con-

Constitue Domine legiſlatorem ſuper eos: vt ſciant gentes quoniam homines ſunt.
Vt quid Domine receſſiſti longè: deſpicis in opportunitatibus, in tribulatione?
Dum ſuperbit impius, incenditur pauper: comprehenduntur in conſilijs, quibus cogitant.
Quoniam laudatur peccator in deſiderijs animę ſuæ: & iniquus benedicitur.
Exacerbauit Dominum peccator: ſecũdùm multitudinem iræ ſuæ non quæret.
Non eſt Deus in conſpectu eius: inquinatę ſunt viæ illius in omni tempore.
Auferuntur iudicia tua à facie eius: omnium inimicorum ſuorum dominabitur.
Dixit enim in corde ſuo: Non mouebor à generatione in generationem, ſine malo.
Cuius maledictione os plenum eſt, & amaritudine, & dolo: ſub lingua eius labor & dolor.
Sedet in inſidijs cum diuitibus in occultis: vt interficiat innocentem.
Oculi eius in pauperem reſpiciunt: inſidiatur in abſcondito, quaſi leo in ſpelunca ſua.
Inſidiatur, vt rapiat pauperem: rapere pauperem dum attrahit eum.
In laqueo ſuo humiliabit eum: inclinabit ſe, & cadet, cum dominatus fuerit pauperum.
Dixit enim in corde ſuo, Oblitus eſt Deus: auertit faciem ſuam, ne videat in finem.

Exurge Domine Deus, exaltetur manus tua: ne obliuiſcaris pauperum.
Propter quid irritauit impius Deum? dixit enim in corde ſuo, Non requiret.
Vides, quoniam tu laborem & dolorem conſideras: vt tradas eos in manus tuas.
Tibi derelictus eſt pauper: orphano tu eris adiutor.
Contere brachium peccatoris & maligni: quęretur peccatum illius, & non inuenietur.
Dominus regnabit in æternum, & in ſæculum ſæculi: peribitis gentes de terra illius.
Deſiderium pauperũ exaudiuit Dominus: præparationem cordis eorum audiuit auris tua.
Iudicare pupillo & humili: vt non apponat vltrà magnificare ſe homo ſuper terram. Pſalmus 10.
IN Domino confido, quomodo dicitis animæ meæ: tranſmigra in montem ſicut paſſer?
Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum, parauerunt ſagittas ſuas in pharetra: vt ſagittent in obſcuro rectos corde.
Quoniam quæ perfeciſti deſtruxerunt: iuſtus autem quid fecit?
Dominus in templo ſancto ſuo: Dominus in cęlo ſedes eius.
Oculi eius in pauperem reſpiciunt: palpebræ eius interrogant filios hominum.
Dominus interrogat iuſtum & impium: qui autem

tem diligit iniquitatem, odit animam ſuam.
Pluet ſuper peccatores laqueos: ignis, & ſulphur, & ſpiritus procellarum, pars calicis eorum.
Quoniam iuſtus Dominus, & iuſtitias dilexit: æquitatem vidit vultus eius. Pſalmus 11.

SAluum me fac Domine, quoniam defecit ſanctus: quoniam diminutæ ſunt veritates à filijs hominum.
Vana locuti ſunt vnuſquiſque ad proximum ſuum: labia doloſa in corde, & corde locuti ſunt.
Diſperdat Dominus vniuerſa labia doloſa: & linguam magniloquam.
Qui dixerunt, Linguam noſtram magnificabimus, labia noſtra à nobis ſunt: quis noſter Dominus eſt?
Propter miſeriam inopum, & gemitum pauperum: nunc exurgam, dicit Dominus.
Ponam in ſalutari: fiducialiter agam in eo.
Eloquia Domini, eloquia caſta: argentũ igne examinatum, probatum terræ, purgatum ſeptuplũ.
Tu Domine ſeruabis nos, & cuſtodies nos: à generatione hac in æternum.
In circuitu impij ambulant: ſecundùm altitudinem tuam multiplicaſti filios hominum.

In feriali Officio per Annum, Antiphona.
Exurge Domine, non præualeat homo.

FERIA V. Ad Primam.

In Feriali Officio per Annum, Antiphona.

Cantabo Domino. Alijs temporibus, vt suprà Feria ij. assignatur. Psalmus 12.

VSquequo Domine obliuisceris me in finem? Vsquequo auertis faciem tuam à me?

Quamdiu ponam consilia in anima mea: dolorem in corde meo per diem?

Vsquequo exaltabitur inimicus meus super me? respice, & exaudi me Domine Deus meus.

Illumina oculos meos, ne vmquam obdormiam in morte: ne quando dicat inimicus meus, Preualui aduersus eum.

Qui tribulant me, exultabũt si motus fuero: ego autem in misericordia tua speraui.

Exultabit cor meum in salutari tuo, cantabo Domino qui bona tribuit mihi: & psallam nomini Domini altissimi. Psalmus 13.

DIxit insipiens in corde suo: Non est Deus.

Corrupti sunt, & abominabiles facti sunt in studijs suis: non est qui faciat bonum, non est vsque ad vnum.

Dominus de cælo prospexit super filios hominũ: vt videat si est intelligens, aut requirẽs Deũ.

Omnes declinauerunt, simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum, non est vsq. ad vnum.

Sepulchrũ patens est guttur eorũ, linguis suis dolosè agebant: venenum aspidum sub labijs eorũ.

Quorũ os maledictione & amaritudine plenum est: veloces pedes eorũ ad effundendũ sanguinẽ.

Contritio & infelicitas in vijs eorum, & viam pacis non cognouerunt: non est timor Dei ante oculos eorum.

Nonne cognoscent oés qui operantur iniquitaté: qui deuorant plebem meá sicut escam panis?

Dominum non inuocauerunt, illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor.

Quoniam Dominus in generatione iusta est, consilium inopis confudistis: quoniam Dominus spes eius est.

Quis dabit ex Sion salutare Israël? cùm auerterit Dominus captiuitatem plebis suæ, exultabit Iacob, & lætabitur Israël.

Psalmus 14.

DOmine, quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requiescet in monte sancto tuo?

Qui ingreditur sine macula: & operatur iustitiá.

Qui loquitur veritatem in corde suo: qui nó egit dolum in lingua sua.

Nec fecit proximo suo malum: & opprobrium non accepit aduersus proximos suos.

Ad nihilum deductus est in conspectu eius malignus: timentes autem Dominum glorificat.

Qui iurat proximo suo, & non decipit: qui pecuniam suam non dedit ad vsuram, & munera super innocentem non accepit.

Qui facit hæc: non mouebitur in æternum.

In Feriali Officio per annum, Antiphona.

Cantabo Domino, qui bona tribuit mihi.

FERIA VI. Ad Primam.

In Feriali Officio per Annum, Antiphona. Bonorum meorum. Alijs temporibus, vt suprà Feria ij. assignatur. Psalmus 15.

CONserua me Domine, quoniam speraui in te: dixi Domino, Deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges.

S anctis, qui sunt in terra eius: mirificauit omnes voluntates meas in eis.

M ultiplicatæ sunt infirmitates eorum: postea accelerauerunt.

N on congregabo conuenticula eorum de sanguinibus: nec memor ero nominum eorum per labia mea.

D ominus pars hereditatis meæ, & calicis mei: tu es qui restitues hereditatem meam mihi.

F unes ceciderunt mihi in præclaris: etenim hereditas mea præclara est mihi.

B enedicam Dominum, qui tribuit mihi intellectum: insuper & vsque ad noctem increpuerunt me renes mei.

P rouidebam Dominum in conspectu meo semper: quoniam à dextris est mihi, ne commouear.

P ropter hoc lætatum est cor meum, & exultauit lingua mea: insuper & caro mea requiescet in spe.

Q uoniá non derelinques animá meam in inferno: nec dabis sanctú tuum videre corruptionem.

N otas mihi fecisti vias vitæ, adimplebis me læti-

tia cum vultu tuo: delectationes in dextera tua vſque in finem. Pſalmus 16.

EXaudi Domine iuſtitiam meam: intende deprecationem meam.

A uribus percipe orationem meam: non in labijs doloſis.

D e vultu tuo iudicium meum prodeat: oculi tui videant æquitates.

P robaſti cor meũ, & viſitaſti nocte: igne me examinaſti, & non eſt inuenta in me iniquitas.

V t nõ loquatur os meũ opera hominũ: propter verba labiorum tuorũ ego cuſtodiui vias duras.

P erfice greſſus meos in ſemitis tuis: vt non moueantur veſtigia mea.

E go clamaui, quoniam exaudiſti me Deus: inclina aurem tuam mihi, & exaudi verba mea.

M irifica miſericordias tuas: qui ſaluos facis ſperantes in te.

A reſiſtentibus dexteræ tuæ cuſtodi me: vt pupillam oculi.

S ub vmbra alarum tuarum protege me: à facie impiorum qui me afflixerunt.

I nimici mei animam meam circumdederunt, adipem ſuum concluſerunt: os eorum locutum eſt ſuperbiam.

P roijcientes me nunc circumdederunt me: oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram.

S uſceperunt me ſicut leo paratus ad prædam:

& ſicut catulus leonis habitans in abditis.
Exurge Domine, præueni eum, & ſupplanta eũ: eripe animam meam ab impio, frameam tuam ab inimicis manus tuæ.
Domine à paucis de terra diuide eos in vita eorũ: de abſconditis tuis adimpletus eſt venter eorum.
Saturati ſunt filij: & dimiſerunt reliquias ſuas paruulis ſuis.
Ego autem in iuſtitia apparebo conſpectui tuo: ſatiabor cùm apparuerit gloria tua. Pſalmus 17.
DIligam te Domine fortitudo mea: Dominus firmamentum meum, & refugium meum, & liberator meus.
Deus meus, adiutor meus: & ſperabo in eum.
Protector meus, & cornu ſalutis meæ: & ſuſceptor meus.
Laudans inuocabo Dominum: & ab inimicis meis ſaluus ero.
Circumdederunt me dolores mortis: & torrentes iniquitatis conturbauerunt me.
Dolores inferni circumdederunt me: præoccupauerunt me laquei mortis.
In tribulatione mea inuocaui Dominum: & ad Deum meum clamaui.
Et exaudiuit de templo ſancto ſuo vocem meã: & clamor meus in conſpectu eius, introiuit in aures eius.
Commota eſt, & contremuit terra: fundamenta
mon-

montium conturbata sunt, & commota sunt, quoniam iratus est eis.

Ascendit fumus in ira eius, & ignis à facie eius exarsit: carbones succensi sunt ab eo.

Inclinauit cælos, & descendit: & caligo sub pedibus eius.

Et ascendit super Cherubim, & volauit: volauit super pennas ventorum.

Et posuit tenebras latibulum suum in circuitu eius tabernaculum eius: tenebrosa aqua in nubibus aëris.

Præ fulgore in conspectu eius nubes trãsierunt: grando & carbones ignis.

Et intonuit de cælo Dominus, & Altissimus dedit vocem suam: grando, & carbones ignis.

Et misit sagittas suas, & dissipauit eos: fulgura multiplicauit, & conturbauit eos.

Et apparuerunt fontes aquarum: & reuelata sunt fundamenta orbis terrarum.

Ab increpatione tua Domine: ab inspiratione spiritus iræ tuæ.

Misit de summo, & accepit me: & assumpsit me de aquis multis.

Eripuit me de inimicis meis fortissimis, & ab his qui oderunt me: quoniã cõfortati sunt super me.

Præuenerunt in die afflictionis meæ: & factus est Dominus protector meus.

Et eduxit me in latitudinem: saluum me fecit, quo-

quoniam voluit me.
Et retribuet mihi Dominus secundùm iustitiam meam: & secundùm puritatem manuum mearum retribuet mihi.
Quia custodiui vias Domini: nec impiè gessi à Deo meo.
Quoniam omnia iudicia eius in conspectu meo: & iustitias eius non repuli à me.
Et ero immaculatus cum eo: & obseruabo me ab iniquitate mea.
Et retribuet mihi Dominus secundùm iustitiam meam: & secundùm puritatem manuum mearum in conspectu oculorum eius.
In Feriali Officio per Annum, Antiphona.
Bonorum meorum non indiges, in te speraui, conserua me Domine.
SABBATO. Ad Primam.
In Feriali Officio per Annum, Antiphona.
Viuit Dominus. Alijs temporibus, vt suprà Feria ij. assignatur. Diuisio Psalmi 17
CVm sancto sanctus eris: & cum viro innocente innocens eris.
Et cũ electo electus eris: & cũ peruerso puerteris.
Quoniam tu populum humilem saluum facies: & oculos superborum humiliabis.
Quoniam tu illuminas lucernam meam Domine: Deus meus illumina tenebras meas.
Quoniam in te eripiar à tentatione: & in Deo

meo transgrediar murum.

Deus meus impolluta via eius, eloquia Domini igne examinata: protector est omnium sperantium in se.

Quoniam quis Deus præter Dominum? aut quis Deus præter Deum nostrum?

Deus, qui præcinxit me virtute: & posuit immaculatam viam meam.

Qui perfecit pedes meos tamquam ceruorum: & super excelsa statuens me.

Qui docet manus meas ad prælium: & posuisti vt arcum æreum brachia mea.

Et dedisti mihi protectionem salutis tuæ: & dextera tua suscepit me.

Et disciplina tua correxit me in finem: & disciplina tua ipsa me docebit.

Dilatasti gressus meos subtus me: & non sunt infirmata vestigia mea.

Persequar inimicos meos, & comprehendam illos: & non conuertar donec deficiant.

Confringam illos, nec poterunt stare: cadēt subtus pedes meos.

Et præcinxisti me virtute ad bellum: & supplantasti insurgentes in me subtus me.

Et inimicos meos dedisti mihi dorsum: & odientes me disperdidisti.

Clamauerunt, nec erat qui saluos faceret, ad Dominum: nec exaudiuit eos.

Et comminuam eos, vt puluerem ante faciem venti: vt lutum platearum delebo eos.

Eripies me de contradictionibus populi: constitues me in caput gentium.

Populus quem non cognoui, seruiuit mihi: in auditu auris obediuit mihi.

Filij alieni mentiti sunt mihi: filij alieni inueterati sunt, & claudicauerunt à semitis suis.

Viuit Dominus, & benedictus Deus meus: & exaltetur Deus salutis meæ.

Deus, qui das vindictas mihi, & subdis populos sub me: liberator meus de inimicis meis iracũdis.

Et ab insurgentibus in me exaltabis me: à viro iniquo eripies me.

Propterea confitebor tibi in nationibus Domine: & nomini tuo psalmum dicam.

Magnificans salutes Regis eius, & faciens misericordiam Christo suo Dauid: & semini eius vsque in sæculum.

Psalmus 18.

CÆli enarrant gloriam Dei: & opera manuũ eius annunciat firmamentum.

Dies diei eructat verbum: & nox nocti indicat scientiam.

Non sunt loquelæ, neque sermones: quorum non audiantur voces eorum.

In omnem terram exiuit sonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorum.

In sole posuit tabernaculum suum: & ipse tamquam

quam ſponſus procedens de thalamo ſuo.
Exultauit vt gigas ad currendam viam: à ſummo cælo egreſſio eius.
Et occurſus eius vſque ad ſummum eius: nec eſt qui ſe abſcondat à calore eius.
Lex Domini immaculata, conuertens animas: teſtimonium Domini fidele, ſapientiam præſtans paruulis.
Iuſtitiæ Domini rectæ, lætificantes corda: præceptum Domini lucidum, illuminans oculos.
Timor Domini ſanctus, permanens in ſeculum ſæculi: iudicia Dñi vera, iuſtificata in ſemetipſa.
Deſiderabilia ſuper aurũ & lapidem pretioſum multum: & dulciora ſuper mel & fauum.
Etenim ſeruus tuus cuſtodit ea: in cuſtodiendis illis retributio multa.
Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me: & ab alienis parce ſeruo tuo.
Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero: & emundabor à delicto maximo.
Et erunt vt complaceant eloquia oris mei: & meditatio cordis mei in conſpectu tuo ſemper.
Dñe adiutor meus: & redemptor meus. Pſal 19.
EXaudiat te Dominus in die tribulationis: protegat te nomen Dei Iacob.
Mittat tibi auxilium de ſancto: & de Sion tueatur te.
Memor ſit omnis ſacrificij tui: & holocauſtum

tuum

tuum pingue fiat.

Tribuat tibi secundùm cor tuum: & omne consilium tuum confirmet.

Lætabimur in salutari tuo: & in nomine Dei nostri magnificabimur.

Impleat Dominus oẽs petitiones tuas: nunc cognoui qm̃ saluum fecit Dominus Christum suũ.

Exaudiet illum de cælo sancto suo: in potentatibus salus dexteræ eius.

Hi in curribus, & hi in equis: nos autem in nomine Domini Dei nostri inuocabimus.

Ipsi obligati sunt, & ceciderunt: nos autem surreximus, & erecti sumus.

Domine saluum fac regem: & exaudi nos in die, qua inuocauerimus te. Domine in Virtute tua. 35.

In Feriali Officio, per Annum, Antiphona, Viuit Dominus & benedictus Deus salutis meę.

DOMINICA

Ad Matutinum.

Pater noster. Aue Maria. Credo in Deum.

Deinde clara voce dicitur ℣. Deus in adiutorium meum intende. ℟. Domine ad adiuuandum me festina.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto.

Sicut erat in principio, &c. Alleluia.

Deinde ter dicitur ℣. Domine labia mea aperies; & os meum annunciabit laudem tuam.

Mox sequitur Psalmus 3.

Domi-

DOmine, quid multiplicati ſunt qui tribulãt me? multi inſurgunt aduerſum me.
Multi dicunt animæ meæ: Non eſt ſalus ipſi in Deo eius.
Tu autem Domine ſuſceptor meus es: gloria mea, & exaltans caput meum.
Voce mea ad Dominum clamaui: & exaudiuit me de monte ſancto ſuo.
Ego dormiui, & ſoporatus ſum: & exurrexi, quia Dominus ſuſcepit me.
Non timebo millia populi circumdantis me: exurge Domine, ſaluum me fac Deus meus.
Quoniam tu percuſſiſti omnes aduerſantes mihi ſine cauſa: dentes peccatorum contriuiſti.
Domini eſt ſalus: & ſuper populum tuum benedictio tua. Gloria Patri.

Inuitatorium ſequens dicitur ab Octaua Epiphaniæ vſque ad Dominicam Septuageſimæ, & ab Octaua Pentecoſtes vſque ad Aduentum.

Inuitatorium. Adoremus Dominum, Qui fecit nos. Repetitur. Adoremus Dominum, Qui fecit nos.

Pſalmus 94.

VEnite, exultemus Domino, iubilemus Deo ſalutari noſtro: præoccupemus faciem eius in confeſſione, & in pſalmis iubilemus ei. Adoremus Dominum, Qui fecit nos.
Quoniã Deus magnus Dominus, & rex magnus ſuper omnes Deos: quoniam non repellet Dñs

plebem ſuam, quia in manu eius ſunt omnes fines terræ, & altitudines montium ipſe conſpicit. Qui fecit nos.

Quoniam ipſius eſt mare, & ipſe fecit illud, & aridam fundauerunt manus eius: Venite adoremus, & procidamus ante Deum: ploremus coram Domino qui fecit nos, quia ipſe eſt Dominus Deus noſter: nos autem populus eius, & oues paſcuæ eius. Adoremus Dominum, Qui fecit nos.

Hodie ſi vocem eius audieritis, nolite obdurare corda veſtra, ſicut in exacerbatione ſecundùm diem tentationis in deſerto: vbi tentauerunt me patres veſtri, probauerunt, & viderunt opera mea. Qui fecit nos.

Quadraginta annis proximus fui generationi huic, & dixi, Semper hi errant corde: ipſi verò non cognouerunt vias meas, quibus iuraui in ira mea, ſi introibunt in requiem meam. Adoremus Dominum, Qui fecit nos.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui ſancto.
Sicut erat in principio, & nũc, &c. Qui fecit nos.
Adoremus Dominum, Qui fecit nos.

Sequens Hymnus dicitur ab Octaua Epiphaniæ vſque ad Dominicam j. Quadrageſimæ, & à Dominica proximiori Kalendis Octobris, vſque ad Aduentum.

Hymnus.

PRimo dierum omnium,
Quo mundus extat conditus

Vel

Vel quo resurgens conditor
Nos morte victa liberat.
Pulsis procul torporibus
Surgamus omnes ocyùs,
Et nocte quæramus pium
Sicut prophetam nouimus.
Nostras preces vt audiat,
Suamque dextram porrigat,
Et expiatos sordibus
Reddat polorum sedibus.
Vt quique sacratissimo
Huius diei tempore
Horis quietis psallimus,
Donis beatis muneret.
Iam nunc paterna claritas
Te postulamus affatim,
Absit libido sordidans,
Et omnis actus noxius.
Ne fæda sit vel lubrica
Compago nostri corporis,
Per quàm Auerni ignibus
Ipsi crememur acrius.
Ob hoc Redemptor quæsumus,
Vt probra nostra diluas,
Vitæ perennis commoda
Nobis benigne conferas.
Quò carnis actu exules
Effecti ipsi cælibes,

Vt præstolamur cernui,
Melos canamus gloriæ.
Præsta Pater pijssime,
Patrique compar Vnice,
Cum Spiritu paraclito,
Regnans per omne sæculum. Amen.

Sequens Hymnus dicitur ab Octaua Pentec. vsque ad Dominicam proximiorem Kalendis Octobris. Hymnus.

NOcte surgentes vigilemus omnes
Semper in psalmis meditemur, atque
Viribus totis Domino canamus
Dulciter hymnos.
Vt pio Regi pariter canentes,
Cum suis Sanctis mereamur aulam
Ingredi cæli, simul & beatam
Ducere vitam.
Præstet hoc nobis deitas beata
Patris, ac Nati, pariterq. Sancti
Spiritus, cuius reboat in omni
Gloria mundo. Amen.

Alijs temporibus à supradictis Hymni dicuntur qui habentur in Proprio de tempore pro Officij varietate: quod & in Capitulis & Hymnis ad Laudes, & in alijs similibus seruetur.

IN PRIMO NOCTVRNO.

In Aduentu, Antiphona. Veniet ecce Rex.
Per Annum, Antiphona. Domine.

Tempore Paſchali, Antiphona. Allel. Pſal. 20.

DOmine in virtute tua lætabitur rex:& ſuper ſalutare tuum exultabit vehementer.

Deſiderium cordis eius tribuiſti ei: & voluntate labiorum eius non fraudaſti eum.

Quoniam præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis: poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo.

Vitam petijt à te: & tribuiſti ei longitudinem dierum in ſæculum,& in ſæculum ſæculi.

Magna eſt gloria eius in ſalutari tuo: gloriam & magnum decorem impones ſuper eum.

Quoniam dabis eum in benedictionem in ſæculum ſæculi: lætificabis eũ in gaudio cũ vultu tuo.

Quoniam rex ſperat in Domino:& in miſericordia Altiſſimi non commouebitur.

Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis: dextera tua inueniat omnes qui te oderunt.

Pones eos vt clibanum ignis in tempore vultus tui: Dominus in ira ſua conturbabit eos,& deuorabit eos ignis.

Fructum eorum de terra perdes: & ſemen eorum à filijs hominum.

Quoniam declinauerunt in te mala:cogitauerũt conſilia,quæ non potuerunt ſtabilire.

Quoniam pones eos dorſum: in reliquijs tuis præparabis vultum eorum.

Exaltare Domine in virtute tua: cantabimus &

psallemus virtutes tuas. Psalmus 21.

DEus Deus meus, respice in me, quare me dereliquisti? longè à salute mea verba delictorum meorum.

Deus meus clamabo per diem, & non exaudies: & nocte, & non ad insipientiam mihi.

Tu autem in sancto habitas: laus Israël.

In te sperauerunt patres nostri: sperauerunt, & liberasti eos.

Ad te clamauerunt, & salui facti sunt: in te sperauerunt, & non sunt confusi.

Ego autem sum vermis, & non homo: opprobrium hominum, & abiectio plebis.

Omnes videntes me, deriserunt me: locuti sunt labijs, & mouerunt caput.

Sperauit in Domino, eripiat eum: saluum faciat eum, quoniam vult eum.

Quoniam tu es, qui extraxisti me de ventre: spes mea ab vberibus matris meæ.

In te proiectus sum ex vtero: de vẽtre matris meę Deus meus es tu, ne discesseris à me.

Quoniam tribulatio proxima est: quoniam non est qui adiuuet.

Circumdederunt me vituli multi: tauri pingues obsederunt me.

Aperuerunt super me os suum: sicut leo rapiens & rugiens.

Sicut aqua effusus sum: & dispersa sunt omnia

oſſa mea.

Factum eſt cor meum tamquam cera liqueſcens: in medio ventris mei.

Aruit tamquam teſta virtus mea, & lingua mea adhæſit faucibus meis: & in puluerem mortis deduxiſti me.

Quoniam circumdederunt me canes multi: concilium malignantium obſedit me.

Foderunt manus meas & pedes meos: dinumerauerunt omnia oſſa mea.

Ipſi verò conſiderauerunt & inſpexerunt me: diuiſerunt ſibi veſtimenta mea, & ſuper veſtem meam miſerunt ſortem.

Tu autem Domine ne elongaueris auxilium tuum à me: ad defenſionem meam conſpice.

Erue à framea Deus animam meam: & de manu canis vnicam meam.

Salua me ex ore leonis: & à cornibus vnicornium humilitatem meam.

Narrabo nomen tuum fratribus meis: in medio eccleſiæ laudabo te.

Qui timetis Dominum, laudate eum: vniuerſum ſemen Iacob glorificate eum.

Timeat eum omne ſemen Iſraël: quoniam non ſpreuit, neque deſpexit deprecationem pauperis.

Nec auertit faciem ſuam à me: & cùm clamarem ad eum exaudiuit me.

Apud te laus mea in eccleſia magna: vota mea red-

reddam in conspectu timentium eum.

Edent pauperes, & saturabantur, & laudabunt Dominum qui requirunt eum: viuent corda eorum in sæculum sæculi.

Reminiscentur, & conuertentur ad Dominum: vniuersi fines terræ.

Et adorabunt in conspectu eius: vniuersæ familiæ Gentium.

Quoniam Domini est regnum: & ipse dominabitur Gentium.

Manducauerunt, & adorauerũt omnes pingues terræ: in conspectu eius cadent omnes, qui descendunt in terram.

Et anima mea illi viuet: & semen meum seruiet ipsi.

Annunciabitur Domino generatio ventura: & annunciabunt cæli iustitiam eius, populo qui nascetur, quem fecit Dominus.

In Aduentu, Antiphona. Veniet ecce Rex excelsus cum potestate magna ad saluandas gentes, alleluia. Antiphona. Confortate.

Per Annum, Antiphona. Domine in virtute tua lætabitur rex. Antiphona. Dominus. Psalm. 22.

DOminus regit me, & nihil mihi deerit: in loco pascuæ ibi me collocauit.

Super aquam refectionis educauit me: animam meam conuertit.

Deduxit me super semitas iustitiæ: propter nomen

men ſuum.
Nam etſi ambulauero in medio vmbræ mortis: non timebo mala, quoniam tu mecum es.
Virga tua, & baculus tuus: ipſa me conſolata ſunt.
Paraſti in conſpectu meo menſam: aduerſus eos, qui tribulant me.
Impinguaſti in oleo caput meum: & calix meus inebrians, quam præclarus eſt!
Et miſericordia tua ſubſequetur me: omnibus diebus vitæ meæ.
Et vt inhabitem in domo Domini: in longitudinem dierum.

Pſalmus 23.

DOmini eſt terra, & plenitudo eius: orbis terrarum, & vniuerſi qui habitant in eo.
Quia ipſe ſuper maria fundauit eum: & ſuper flumina præparauit eum.
Quis aſcendet in montem Domini: aut quis ſtabit in loco ſancto eius?
Innocens manibus & mundo corde: qui non accepit in vano animam ſuam, nec iurauit in dolo proximo ſuo.
Hic accipiet benedictionem à Domino: & miſericordiam à Deo ſalutari ſuo.
Hæc eſt generatio quærentium eum: quærentium faciem Dei Iacob.
Attollite portas principes veſtras, & eleuamini portæ æternales: & introibit Rex gloriæ.

Quis est iste Rex gloriæ? Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio.
Attollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales: & introibit Rex gloriæ?
Quis est iste Rex gloriæ? Dominus virtutum ipse est Rex gloriæ.
In Aduentu, Aña. Confortate manus dissolutas: confortamini, dicite, Ecce Deus noster veniet, & saluabit nos, alleluia. Antiph. Gaudete omnes.
Per Annum, Aña. Dominus regit me, & nihil mihi deerit: in loco pascuæ ibi me collocauit.
Antiphona. Oculi mei. Psalmus 24.
AD te Domine leuaui animam meam: Deus meus in te confido, non erubescam.
Neque irrideant me inimici mei: etenim vniuersi, qui sustinent te, non confundentur.
Confundãtur omnes iniqua agẽtes: superuacuè.
Vias tuas Domine demonstra mihi: & semitas tuas edoce me.
Dirige me in veritate tua, & doce me: quia tu es Deus Saluator meus, & te sustinui tota die.
Rèminiscere miserationum tuarum Domine: & misericordiarum tuarum, quæ à sæculo sunt.
Delicta iuuentutis meæ: & ignorantias meas ne memineris.
Secundùm misericordiam tuam memento mei tu: propter bonitatem tuam Domine.
Dulcis & rectus Dominus: propter hoc legem
dabit

dabit delinquentibus in via.
Diriget mansuetos in iudicio: docebit mites vias suas.
Vniuersæ viæ Dñi misericordia & veritas: requirentibus testamentum eius & testimonia eius.
Propter nomen tuum Domine propitiaberis peccato meo: multum est enim.
Quis est homo qui timet Dominum? legem statuit ei in via, quam elegit.
Anima eius in bonis demorabitur: & semen eius hereditabit terram.
Firmamentum est Dominus timentibus eum: & testamentum ipsius, vt manifestetur illis.
Oculi mei semper ad Dominum: quoniam ipse euellet de laqueo pedes meos.
Respice in me, & miserere mei: quia vnicus & pauper sum ego.
Tribulationes cordis mei multiplicatæ sunt: de necessitatibus meis erue me.
Vide humilitatem meam & laborem meum: & dimitte vniuersa delicta mea.
Respice inimicos meos, quoniam multiplicati sunt: & odio iniquo oderunt me.
Custodi animam meam, & erue me: non erubescam, quoniam speraui in te.
Innocentes & recti adhæserunt mihi: quia sustinui te.
Libera Deus Israël: ex omnibus tribulationibus

bus suis. Psalmus 25.

IVdica me Domine, quoniam ego in innocentia mea ingressus sum: & in Domino sperans non infirmabor.

Proba me Domine, & tenta me: vre renes meos, & cor meum.

Quoniam misericordia tua ante oculos meos est: & complacui in veritate tua.

Non sedi cum concilio vanitatis: & cum iniqua gerentibus non introibo.

Odiui ecclesiam malignantium: & cum impijs non sedebo.

Lauabo inter innocentes manus meas: & circumdabo altare tuum Domine.

Vt audiam vocem laudis: & enarrem vniuersa mirabilia tua.

Domine dilexi decorem domus tuæ: & locum habitationis gloriæ tuæ.

Ne perdas cum impijs Deus animam meam: & cum viris sanguinum vitam meam.

In quorum manibus iniquitates sunt: dextera eorum repleta est muneribus.

Ego autem in innocentia mea ingressus sum: redime me, & miserere mei.

Pes meus stetit in directo: in ecclesijs benedicam te Domine.

In Aduentu, Aña. Gaudete omnes, & lætamini: ecce quia veniet Dñs vltionis, adducet retributionem:

tionẽ: ipſe veniet, & ſaluabit nos. ℣. Ex Sion ſpecies decoris ei⁹. ℟. Deus noſter manifeſtè veniet.
Per Annum, Antiphona. Oculi mei ſemper ad Dominum. ℣. Memor fui nocte nominis tui Domine. ℟. Et cuſtodiui legem tuam.
In Quadrageſima, ℣. Ipſe liberauit me de laqueo venantium. ℟. Et à verbo aſpero.
Tempore Paſsionis, ℣. Erue à framea Deus animam meam. ℟. Et de manu canis vnicam meã.

Tempore Paſchali, Antiphona.

Alleluia, Lapis reuolutus eſt, alleluia: ab oſtio monumenti, alleluia, alleluia.
℣. Surrexit Dominus de ſepulchro, alleluia.
℟. Qui pro nobis pependit in ligno, alleluia.
Poſt verſiculum cuiuſlibet Nocturni dicitur, Pater noſter. ſecretò. ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo.
Abſolutio & Benedictiones poſitæ ſunt in principio Pſalterij.
Deinde leguntur Lect. cum reſponſorijs, vt in Proprio de Tempore Breu. aſsignantur.

IN SECVNDO NOCTVRNO.

In Aduentu, Antiphona. Gaude & lætare.
Per Annum, Antiphona. Dominus defenſor.
Tempore Paſchali, Antiphona. Allel. Pſalm. 26.

DOminus illuminatio mea, & ſalus mea: quem timebo?
Dominus protector vitæ meæ: à quo trepidabo?

Dum

Dum appropiant super me nocentes: vt edant carnes meas.

Qui tribulāt me inimici mei: ipsi infirmati sunt, & ceciderunt.

Si consistant aduersum me castra: non timebit cor meum.

Si exurgat aduersum me prælium: in hoc ego sperabo.

Vnam petij à Dño, hanc requiram: vt inhabitē in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ.

Vt videam voluptatem Domini: & visitem templum eius.

Quoniá abscondit me in tabernaculo suo: in die malorū protexit me in abscōdito tabernaculi sui.

In petra exaltauit me: & nunc exaltauit caput meum super inimicos meos.

Circuiui, & immolaui in tabernaculo eius hostiam vociferationis: cantabo, & psalmum dicam Domino.

Exaudi Domine vocem meam, qua clamaui ad te: miserere mei, & exaudi me.

Tibi dixit cor meum, exquisiuit te facies mea: faciem tuam Domine requiram.

Ne auertas faciem tuam à me: & ne declines in ira à seruo tuo.

Adiutor meus esto, ne derelinquas me: neque despicias me Deus salutaris meus.

Quoniam pater meus, & mater mea dereliquerunt

runt me: Dominus autem assumpsit me.
Legem pone mihi Domine in via tua: & dirige me in semitam rectam, propter inimicos meos.
Ne tradideris me in animas tribulantium me: quoniam insurrexerunt in me testes iniqui, & mentita est iniquitas sibi.
Credo videre bona Domini: in terra viuentium.
Expecta Dominum, viriliter age: & confortetur cor tuum, & sustine Dominum. Psalmus 27.
AD te Domine clamabo, Deus meus ne sileas à me: ne quando taceas à me, & assimilabor descendentibus in lacum.
Exaudi Domine vocem deprecationis meæ dũ oro ad te: dum extollo manus meas ad templum sanctum tuum.
Ne simul trahas me cum peccatoribus: & cum operantibus iniquitatem ne perdas me.
Qui loquuntur pacem cum proximo suo: mala autem in cordibus eorum.
Da illis secundùm opera eorum: & secundùm nequitiam adinuentionum ipsorum.
Secundùm opera manuum eorum tribue illis: redde retributionem eorum ipsis.
Quoniam non intellexerunt opera Domini, & in opera manuum eius destrues illos: & non ędificabis eos.
Benedictus Dominus: quoniam exaudiuit vocem deprecationis meæ.

Dominus adiutor meus, & protector meus: in ipso sperauit cor meum, & adiutus sum.
Et refloruit caro mea: & ex voluntate mea confitebor ei.
Dominus fortitudo plebis suæ: & protector saluationum christi sui est.
Saluum fac populum tuum Domine, & benedic hereditati tuæ: & rege eos, & extolle illos vsque in æternum.
In Aduentu, Aña. Gaude & lætare filia Ierusalē: ecce Rex tuus veniet tibi: Sion noli timere, quia citò veniet salus tua. Antiphona. Rex noster.
Per Annum, Aña. Dominus defensor vitæ meæ.
Antiphona. Adorate. Psalmus 28.
AFferte Domino filij Dei: afferte Domino filios arietum.
Afferte Domino gloriam & honorem: afferte Domino gloriam nomini eius, adorate Dominum in atrio sancto eius.
Vox Domini super aquas, Deus maiestatis intonuit: Dominus super aquas multas.
Vox Dñi in virtute: vox Dñi in magnificentia.
Vox Domini confringentis cedros: & confringet Dominus cedros Libani.
Et comminuet eas tamquam vitulum Libani: & dilectus quemadmodum filius vnicornium.
Vox Domini intercidentis flammam ignis: vox Domini concutientis desertum: & commouebit

Dominus desertum Cades.

Vox Domini præparātis ceruos, & reuelabit cō-
densa: & in templo eius omnes dicent gloriam.

Dominus diluuium inhabitare facit: & sedebit
Dominus rex in æternum.

Dominus virtutem populo suo dabit: Dominus
benedicet populo suo in pace. *Psalmus 29.*

EXaltabo te Domine quoniam suscepisti me:
nec delectasti inimicos meos super me.

Domine Deus meus clamaui ad te: & sanasti me.

Domine eduxisti ab inferno animam meam: sal
uasti me à descendentibus in lacum.

Psallite Domino sancti eius: & confitemini me-
moriæ sanctitatis eius.

Quoniam ira in indignatione eius: & vita in vo-
luntate eius.

Ad vesperum demorabitur fletus: & ad matuti-
num lætitia.

Ego autem dixi in abundantia mea: Non moue-
bor in æternum.

Domine in voluntate tua: præstitisti decori meo
virtutem.

Auertisti faciem tuam à me: & factus sum con-
turbatus.

Ad te Domine clamabo: & ad Deum meum de-
precabor.

Quæ vtilitas in sanguine meo: dum descendo in
corruptionem?

Numquid confitebitur tibi puluis: aut annuntiabit veritatem tuam?
Audiuit Dominus, & misertus est mei: Dominus factus est adiutor meus.
Conuertisti planctum meum in gaudium mihi: cõscidisti saccũ meũ, & circumdedisti me lętitia.
Vt cantet tibi gloria mea, & non compungar: Domine Deus meus in ęternum confitebor tibi.
In Aduentu, Antiphona. Rex noster adueniet Christus, quem Ioannes prædicauit Agnum esse venturum. Antiphona. Ecce venio.
Per Annum, Aña. Adorate Dominum in aula sancta eius. Aña. In tua iustitia. Psalmus 30.
IN te Domine speraui non confundar in æternum: in iustitia tua libera me.
Inclina ad me aurem tuam: accelera vt eruas me.
Esto mihi in Deum protectorem, & in domum refugij: vt saluum me facias.
Qm̃ fortitudo mea, & refugium meum es tu: & propter nomẽ tuum deduces me, & enutries me.
Educes me de laqueo hoc, quem absconderunt mihi: quoniam tu es protector meus.
In manus tuas commendo spiritum meum: redemisti nos Domine Deus veritatis.
Odisti obseruantes vanitates: superuacuè.
Ego autem in Domino speraui: exultabo, & lætabor in misericordia tua.
Quoniam respexisti humilitatem meam: saluasti

de

de necessitatibus animam meam.

Nec conclusisti me in manibus inimici: statuisti in loco spatioso pedes meos.

Miserere mei Dñe, quoniã tribulor: cõturbatus est in ira oculus meus, anima mea, & vẽter meus.

Quoniam defecit in dolore vita mea: & anni mei in gemitibus.

Infirmata est in paupertate virtus mea: & ossa mea conturbata sunt.

Super omnes inimicos meos factus sum opprobrium & vicinis meis valde: & timor notis meis.

Qui videbant me foras fugerunt à me: obliuioni datus sum, tamquam mortuus à corde.

Factus sum tamquam vas perditum: quoniam audiui vituperationem multorum commorantium in circuitu.

In eo dum conuenirent simul aduersum me: accipere animam meam consiliati sunt.

Ego autẽ in te speraui Domine: dixi, Deus meus es tu, in manibus tuis sortes meæ.

Eripe me de manu inimicorum meorum: & à persequentibus me.

Illustra faciem tuã super seruum tuum, saluum me fac in misericordia tua: Domine non confundar, quoniam inuocaui te.

Erubescant impij, & deducantur in infernum: muta fiant labia dolosa.

Quæ loquuntur aduersus iustum iniquitatem: in

in ſuperbia, & in abuſione.

Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ Domine: quam abſcondiſti timentibus te!

Perfeciſti eis, qui ſperant in te: in conſpectu filiorum hominum.

Abſcondes eos in abſcondito faciei tuæ: à conturbatione hominum.

Proteges eos in tabernaculo tuo: à contradictione linguarum.

Benedictus Dominus: quoniam mirificauit miſericordiam ſuam mihi in ciuitate munita.

Ego autem dixi in exceſſu mẽtis meæ: proiectus ſum à facie oculorum tuorum.

Ideo exaudiſti vocem orationis meæ: dum clamarem ad te.

Diligite Dominum omnes ſancti eius, quoniam veritatem requiret Dominus: & retribuet abundanter facientibus ſuperbiam.

Viriliter agite, & cõfortetur cor veſtrum: omnes qui ſperatis in Domino.

Pſalmus 31.

Beati, quorum remiſſæ ſunt iniquitates: & quorum tecta ſunt peccata.

Beatus vir, cui non imputauit Dominus peccatum: nec eſt in ſpiritu eius dolus.

Quoniam tacui, inueterauerunt oſſa mea: dum clamarem tota die.

Qm̃ die ac nocte grauata eſt ſuper me manꝰ tua: cõuerſus ſum in ęrumna mea, dũ configit̃ ſpina.

Deli-

Delictum meum cognitum tibi feci: & iniustitiam meam non abscondi.

Dixi, Confitebor aduersum me iniustitiam meã Domino: & tu remisisti impietatem peccati mei.

Pro hac orabit ad te omnis sanctus: in tempore opportuno.

Verumtamen in diluuio aquarum multarum: ad eum non approximabunt.

Tu es refugium meum à tribulatione, quæ circumdedit me: exultatio mea erue me à circumdantibus me.

Intellectum tibi dabo, & instruam te in via hac qua gradieris: firmabo super te oculos meos.

Nolite fieri sicut equus & mulus: quibus non est intellectus.

In chamo & fræno maxillas eorum constringe: qui non approximant ad te.

Multa flagella peccatoris: sperantem autem in Domino misericordia circumdabit.

Lętamini in Domino, & exultate iusti: & gloriamini omnes recti corde.. Exultate iusti. 73

In Aduentu, Antiphona. Ecce venio citò, & merces mea mecum est, dicit Dominus, dare vnicuique secundùm opera sua. ℣. Emitte Agnum Domine dominatorem terræ. ℟. De petra deserti ad montem filiæ Sion.

Per Annum, Aña. In tua iustitia libera me Domine. ℣. Media nocte surgebam ad confitendũ

tibi: ℟. Super iudicia iustificationis tuæ.
In Quadragesima. ℣. Scapulis suis obumbrabit tibi. ℟. Et sub pennis eius sperabis.
Tpe Passionis. ℣. De ore leonis libera me Dñe. ℟. Et à cornibus vnicornium humilitatẽ meam.
Tempore Paschali, Aña. Alleluia, Quem quæris mulier? alleluia: viuentem cum mortuis, alleluia, allel. ℣. Surrexit Dominus verè, allel. ℟. Et apparuit Simoni, alleluia. Pater noster.
Absolutio. Ipsius pietas.

IN TERTIO NOCTVRNO.

In Aduentu, Antiphona habetur in proprio de Tempore Breuiarij.
Per Annum, extra Septuag. Antiphona. Allel.
In Septuagesima, Antiphona, vt in Proprio de Tempore Breuiarij. Canticum. *Isa. cap. 33. a. 2.*

DOmine miserere nostri, te enim expectauimus: esto brachium nostrum in manè, & salus nostra in tempore tribulationis.
A voce Angeli fugerunt populi: & ab exaltatione tua dispersæ sunt gentes.
Et congregabuntur spolia vestra sicut colligitur bruchus: velut cùm fossæ plenæ fuerint de eo.
Magnificatus est Dominus, quoniam habitauit in excelso: impleuit Sion iudicio, & iustitia.
Et erit fides in temporibus tuis, diuitiæ salutis sapientia & scientia: timor Domini ipse est thesaurus eius.

Ecce

Ecce videntes clamabunt foris: Angeli pacis amarè flebunt.
Dissipatæ ſunt viæ, ceſſauit tranſiens per ſemitam, irritum factum eſt pactum: proiecit ciuitates, non reputauit homines.
Luxit, & elangauit terra: confuſus eſt Libanus, & obſorduit.
Et factus eſt Saron ſicut deſertum: & concuſſa eſt Baſan & Carmelus.
Nunc conſurgam, dicit Dñs: nunc exaltabor, nunc ſubleuabor. Canticum. *Ibidem 13, b.*

AVdite qui longè eſtis, quæ fecerim: & cognoſcite vicini fortitudinem meam.
Conterriti ſunt in Sion peccatores: poſſedit tremor hypocritas.
Quis poterit habitare de vobis cum igne deuorante? quis habitabit ex vobis cum ardoribus ſempiternis?
Qui ambulat in iuſtitijs, & loquitur veritatem, qui proijcit auaritiá ex calumnia: & excutit manus ſuas ab omni munere.
Qui obturat aures ſuas ne audiat ſanguinem: & claudit oculos ſuos ne videat malum.
Iſte in excelſis habitabit, munimenta ſaxorum ſublimitas eius: panis ei datus eſt, aquæ eius fideles ſunt.
Regem in decore ſuo videbũt oculi eius, cernẽt terram de longe: Cor tuũ meditabitur timorem.

Canticum. *Eccl. 36. b. 14.*

MIserere plebi tuæ, ſuper quam inuocatum eſt nomen tuum: & Iſraël, quem coæquaſti primogenito tuo.

Miſerere ciuitati ſanctificationis tuæ Ieruſalem: ciuitati requiei tuæ.

Reple Sion inenarrabilibus verbis tuis: & gloria tua populum tuum.

Da teſtimonium his, qui ab initio creaturæ tuæ ſunt: & ſuſcita prædicationes, quas locuti ſunt in nomine tuo prophetæ priores.

Da mercedem ſuſtinentibus te: vt prophetæ tui fideles inueniantur.

Et exaudi orationes ſeruorum tuorum ſecūdùm benedictionem Aaron de populo tuo: & dirige nos in viam iuſtitiæ.

Et ſciant omnes qui habitant terram: quia tu es Deus conſpector ſæculorum.

Per Annum, extra Aduentum & Septuageſimam, Antiphona. Alleluia, alleluia, alleluia.

℣. Exaltare Domine in virtute tua. ℟. Cantabimus, & pſallemus virtutes tuas.

Supraſcripta Cantica dicuntur Dominicis diebus, quando fit de Dominica, ab Octaua Epiphaniæ vſq; ad Dn̄icam Quadrageſimæ, & ab Octa. Pentecoſtes vſq. ad primam Dn̄icam Aduentus. Alia Cantica pro diuerſitate temporis, & Officij, habentur infra poſt Completoriū. Antiph. verò

super

per Cantica, & Versus habentur suis locis in
proprio de Tempore, & communibus.
Pater noster. Absolutio. A vinculis.
Sequens Hymnus semper dicitur post vltimũ
Responsorium in omnibus Dominicis, & Festis
nouem Lectionum.

Hymnus SS. Ambrosij & Augustini.

TE Deum laudamus: te Dominum confitemur.
Te æternum Patrem: omnis terra veneratur.
Tibi omnes Angeli: tibi cæli, & vniuersæ potestates.
Tibi Cherubim & Seraphim: incessabili voce proclamant.
Sanctus, Sanctus, Sanctus: Dominus Deus Sabaoth.
Pleni sunt cæli & terra: maiestatis gloriæ tuæ.
Te gloriosus Apostolorum chorus.
Te prophetarum laudabilis numerus.
Te Martyrum candidatus laudat exercitus.
Te per orbem terrarũ sancta cõfitetur Ecclesia.
Patrem immensę maiestatis.
Venerandum tuum verum, & vnicum Filium.
Sanctum quoque paraclitum Spiritum.
Tu rex gloriæ Christe.
Tu Patris sempiternus es Filius.
Tu ad liberandum suscepturus hominem: non horruisti virginis vterum.

Tu deuicto mortis aculeo: aperuisti credentib
regna cælorum.
Tu ad dexteram Dei sedes: in gloria Patris.
Iudex: crederis esse venturus.
Te ergo quæsumus, tuis famulis subueni: quo
pretioso sanguine redemisti.
Æterna fac cum sanctis tuis: gloria munerari.
Saluum fac populum tuum Domine: & benedi
hereditati tuæ.
Et rege eos: & extolle illos vsque in æternum.
Per singulos dies: benedicimus te.
Et laudamus nomen tuum in sæculum: & in sæ
culum sæculi.
Dignare Domine die isto: sine peccato nos cu
stodire.
Miserere nostri Domine: miserere nostri.
Fiat misericordia tua Domine super nos: quem
admodum sperauimus in te.
In te Domine speraui: non confundar in æter
num.
Hic dicitur Euangelium conueniens: eoq. fini-
to respondetur. Amen. Deinde. Hymnus.
TE decet laus: te decet hymnus: tibi gloria
Deo Patri, & Filio, cum sancto Spiritu in
sæcula sæculorum. Amen.
Et adiungitur Oratio diei. Postea ℟. Amen.
Hic finiuntur Vigiliæ Nocturnæ, & immediatè
inchoantur Laudes.

A D L A V D E S.

DEus in adiutorium meum intende. ℟. Domine ad adiuuandum me festina. Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto. Sicut erat, &c. Alleluia. vel Laus tibi Domine, rex æternæ gloriæ. pro temporis diuersitate.

Deinde dicitur psalmus sequens. Psalmus 66.

DEus misereatur nostri, & benedicat nobis: illuminet vultum suum super nos, & misereatur nostri.

Vt cognoscamus in terra viam tuam: in omnibus gentibus salutare tuum.

Confiteantur tibi populi Deus: confiteantur tibi populi omnes.

Lætentur, & exultent gentes, quoniam iudicas populos in æquitate: & gentes in terra dirigis.

Confiteantur tibi populi Deus, confiteantur tibi populi omnes: terra dedit fructum suum.

Benedicat nos Deus, Deus noster, benedicat nos Deus: & metuant eum omnes fines terræ.

Gloria Patri, &c.

A Dominica post Octauam Epiphaniæ vsque ad Septuagesimam, & ab Octaua Pentecostes vsque ad Aduentum, Aña. Alleluia. Psalmus 50.

MIserere mei Deus: secundùm magnam misericordiam tuam.

Et secundùm multitudinem miserationum tuarum: dele iniquitatem meam.

Amplius laua me ab iniquitate mea: & à peccato meo munda me.
Quoniam iniquitatem meam ego cognoſco: & peccatum meum contra me eſt ſemper.
Tibi ſoli peccaui, & malum corá te feci: vt iuſtifi ceris in ſermonibus tuis, & vincas cum iudicaris.
Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum: & in peccatis concepit me mater mea.
Ecce enim veritatem dilexiſti: incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi.
Aſperges me hyſſopo, & mundabor: lauabis me, & ſuper niuem dealbabor.
Auditui meo dabis gaudium, & lætitiam: & exultabunt oſſa humiliata.
Auerte faciem tuam à peccatis meis: & omnes iniquitates meas dele.
Cor mundum crea in me Deus: & ſpiritum rectum innoua in viſceribus meis.
Ne proijcias me à facie tua: & ſpiritum ſanctum tuum ne auferas à me.
Redde mihi lętitiam ſalutaris tui: & ſpiritu principali confirma me.
Docebo iniquos vias tuas: & impij ad te conuertentur.
Libera me de ſanguinibus Deus, Deus ſalutis meæ: & exultabit lingua mea iuſtitiam tuam.
Domine labia mea aperies: & os meum annunciabit laudem tuam.

Quoniam si voluisses sacrificium, dedissem vtique: holocaustis non delectaberis.

Sacrificium Deo spiritus contribulatus: cor contritum & humiliatum Deus non despicies.

Benignè fac Domine in bona volũtate tua Sion: vt ædificentur muri Ierusalem.

Tunc acceptabis sacrificium iustitię, oblationes, & holocausta: tunc imponent super altare tuum vitulos.

Psalmus 117.

COnfitemini Domino quoniam bonus: quoniam in sæculum misericordia eius.

Dicat nunc Israël quoniam bonus: quoniam in sæculum misericordia eius.

Dicat nunc domus Aaron: quoniam in sæculum misericordia eius.

Dicant nunc qui timent Dominum: quoniam in sæculum misericordia eius.

De tribulatione inuocaui Dominum: & exaudiuit me in latitudine Dominus.

Dominus mihi adiutor; non timebo quid faciat mihi homo.

Dominus mihi adiutor: & ego despiciam inimicos meos.

Bonum est confidere in Domino: quàm confidere in homine.

Bonum est sperare in Domino: quàm sperare in principibus.

Omnes gentes circuierunt me: & in nomine

Domini, quia vltus ſum in eos.
Circumdantes circumdederunt me: & in nomine Domini quia vltus ſum in eos.
Circumdederunt me ſicut apes, & exarſerunt ſicut ignis in ſpinis: & in nomine Domini quia vltus ſum in eos.
Impulſus euerſus ſum vt caderem: & Dominus ſuſcepit me.
Fortitudo mea, & laus mea Dominus: & factus eſt mihi in ſalutem.
Vox exultationis & ſalutis: in tabernaculis iuſtorum.
Dextera Domini fecit virtutem, dextera Domini exaltauit me: dextera Domini fecit virtutem.
Non moriar, ſed viuam: & narrabo opera Dñi.
Caſtigans caſtigauit me Dominus: & morti non tradidit me.
Aperite mihi portas iuſtitiæ, ingreſſus in eas cõfitebor Domino: hæc porta Domini, iuſti intrabunt in eam.
Confitebor tibi quoniam exaudiſti me: & factus es mihi in ſalutem.
Lapidem, quem reprobauerunt ædificantes: hic factus eſt in caput anguli.
A Domino factum eſt iſtud: & eſt mirabile in oculis noſtris.
Hæc eſt dies quam fecit Dominus: exultemus, & lætemur in ea.

O Do-

O Domine ſaluum me fac, ò Domine bene proſperare: benedictus, qui venit in nomine Dñi.

B enediximus vobis de domo Domini: Deus Dominus, & illuxit nobis.

C onſtituite diem ſolemnem in condenſis: vſque ad cornu altaris.

D eus meus es tu, & confitebor tibi: Deus meus es tu, & exaltabo te.

C onfitebor tibi, quoniam exaudiſti me: & factus es mihi in ſalutem.

C onfitemini Domino, quoniam bonus: quoniam in ſæculum miſericordia eius. Beati immaculati f. 222

Sequentes duo Pſalmi dicuntur loco duorum prædictorum ad Laudes in ſolemnitatibus, & in omnibus feſtis Sanctorum, & per totum tempus Paſchale.

Tempore Paſchali, Aña. Alleluia. Pſalm. 98.

DOminus regnauit, decorẽ indutus eſt: indutus eſt Dñs fortitudinem, & præcinxit ſe.

E tenim firmauit orbem terræ: qui non commouebitur.

P arata ſedes tua ex tunc: à ſæculo tu es.

E leuauerunt flumina Domine: eleuauerunt flumina vocem ſuam.

E leuauerunt flumina fluctus ſuos: à vocibus aquarum multarum.

M irabiles elationes maris: mirabilis in altis Dominus.

Testimonia tua credibilia facta sunt nimis: domum tuam decet sanctitudo Domine, in longitudinem dierum. Psalmus 99.

IVbilate Deo omnis terra: seruite Domino in lætitia.

Introite in conspectu eius: in exultatione.

Scitote quoniam Dominus ipse est Deus: ipse fecit nos, & non ipsi nos.

Populus eius, & oues pascuæ eius: introite portas eius in confessione, atria eius in hymnis confitemini illi.

Laudate nomen eius, quoniam suauis est Dominus, in æternum misericordia eius: & vsque in generationem & generationem veritas eius. Ps. 62.

DEus, Deus meus: ad te de luce vigilo.

Sitiuit in te anima mea: quam multipliciter tibi caro mea.

In terra deserta, & inuia, & inaquosa, sic in sancto apparui tibi: vt viderem virtutem tuam, & gloriam tuam.

Quoniam melior est misericordia tua super vitas: labia mea laudabunt te.

Sic benedicam te in vita mea: & in nomine tuo leuabo manus meas.

Sicut adipe, & pinguedine repleatur anima mea: & labijs exultationis laudabit os meum.

Si memor fui tui super stratum meum: in matutinis meditabor in te, quia fuisti adiutor meus.

Et in velamento alarum tuarum exultabo: adhæſit anima mea poſt te, me ſuſcepit dextera tua.

Ipſi verò in vanum quæſierunt animam meam, introibunt in inferiora terrę: tradentur in manus gladij, partes vulpium erunt.

Rex vero lętabitur in Deo, laudabuntur omnes qui iurant in eo: quia obſtructum eſt os loquentium iniqua.

Per Annum, Antiphona. Alleluia, alleluia.

Antiphona. Tres pueri.

Tempore Paſchali, Aña. Allel. allel. allel. allel. allel. allel. allel. allel. all. Aña. Surrexit Chriſtus.

Canticum trium puerorum. *Dan. 3. c. 57.*

BEnedicite omnia opera Domini Domino: laudate & ſuperexaltate eum in ſæcula.

Benedicite Angeli Domini Domino: benedicite cæli Domino.

Benedicite aquæ omnes, quæ ſuper cælos ſunt Domino: benedicite omnes virtutes Domini Domino.

Benedicite ſol, & luna Domino: benedicite ſtellæ cæli Domino.

Benedicite omnis imber, & ros Domino: benedicite omnes ſpiritus Dei Domino.

Benedicite ignis, & æſtus Domino: benedicite frigus, & æſtus Domino.

Benedicite rores & pruina Domino: benedicite gelu & frigus Domino.

Benedicite glacies, & niues Domino: benedicite noctes & dies Domino.

Benedicite lux, & tenebræ Domino: benedicite fulgura, & nubes Domino.

Benedicat terra Dominum: laudet, & superexaltet eum in sæcula.

Benedicite montes, & colles Domino: benedicite vniuersa germinantia in terra Domino.

Benedicite fontes Domino: benedicite maria, & flumina Domino.

Benedicite cete, & omnia quæ mouentur in aquis Domino: benedicite omnes volucres cæli Domino.

Benedicite omnes bestiæ, & pecora Domino: benedicite filij hominum Domino.

Benedicat Israël Dominum: laudet & superexaltet eum in sæcula.

Benedicite sacerdotes Domini Domino: benedicite serui Domini Domino.

Benedicite spiritus, & animæ iustorum Domino: benedicite sancti, & humiles corde Domino.

Benedicite Anania, Azaria, Misaël, Domino: laudate & superexaltate eum in sæcula.

Benedicamus Patrem, & Filium, cum sancto Spiritu: laudemus, & superexaltemus eum in sæcula.

Benedictus es Domine in firmamēto cæli: & laudabilis, & gloriosus, & superexaltatus in sæcula.

Hic non dicitur, Gloria Patri. neque Amen. in alijs Canticis dicuntur.

Per Annum, Antiph. Tres pueri iussu regis in fornacem missi sunt, non timentes flammam ignis, dicentes: Benedictus Deus. Antiph. Alleluia.

Tempore Paschali, Aña. Surrexit Christus de sepulchro, qui liberauit tres pueros de camino ignis ardentis, alleluia. Aña. Alleluia. Psalmus 148.

LAudate Dominum de cælis: laudate eum in excelsis.

Laudate eum omnes angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius.

Laudate eum sol, & luna: laudate eum omnes stellæ, & lumen.

Laudate eum cæli cælorum: & aquæ omnes quę super cælos sunt, laudent nomen Domini.

Quia ipse dixit, & facta sunt: ipse mandauit, & creata sunt.

Statuit ea in æternum, & in sæculum sæculi: pręceptum posuit, & non præteribit.

Laudate Dominum de terra: dracones, & omnes abyssi.

Ignis, grando, nix, glacies, spiritus procellarum: quæ faciunt verbum eius.

Montes, & omnes colles: ligna fructifera, & omnes cedri.

Bestiæ, & vniuersa pecora: serpentes, & volucres pennatæ.

Reges terræ, & omnes populi: principes, & omnes iudices terræ.

Iuuenes, & virgines, ſenes cum iunioribus laudent nomen Domini: quia exaltatum eſt nomen eius ſolius.

Confeſſio eius ſuper cælum, & terram: & exaltauit cornu populi ſui.

Hymnus omnibus ſanctis eius: filijs Iſraël, populo appropinquanti ſibi.

Hic non dicitur, Gloria. Pſalmus 149.

Cantate Domino canticũ nouum: laus eius in eccleſia ſanctorum.

Lætetur Iſraël in eo qui fecit eum: & filij Sion exultent in rege ſuo.

Laudent nomen eius in choro: in tympano, & pſalterio pſallant ei.

Quia beneplacitum eſt Domino in populo ſuo: & exaltabit manſuetos in ſalutem.

Exultabunt ſancti in gloria: lætabuntur in cubilibus ſuis.

Exaltationes Dei in gutture eorum: & gladij ancipites in manibus eorum.

Ad faciendam vindictam in nationibus: increpationes in populis.

Ad alligandos reges eorum in compedibus: & nobiles eorum in manicis ferreis.

Vt faciant in eis iudicium conſcriptum: gloria hæc eſt omnibus ſanctis eius.

Hic non dicitur, Gloria. Psalmus 150.

LAudate Dominum in sanctis eius: laudate eum in firmamento virtutis eius.

Laudate eum in virtutibus eius: laudate eum secundùm multitudinem magnitudinis eius.

Laudate eum in sono tubæ: laudate eum in psalterio & cithara.

Laudate eum in tympano, & choro: laudate eũ in chordis, & organo.

Laudate eum in cymbalis benesonantibus, laudate eum in cymbalis iubilationis: omnis spiritus laudet Dominum. Gloria Patri.

Tempore Paschali, & per Annum, Antiphona. Alleluia, alleluia, alleluia.

Sequens Capitulum cũ ℟. breui dicitur in Dominicis, à ij. post Epiphaniam vsq. ad Septuagesimam, & à Dominica iij. post Pentecosten vsque ad Aduentum. Capitulum. *Apoc. 7. c. 12.*

BEnedictio, & claritas, & sapientia, & gratiarum actio, honor, virtus, & fortitudo Deo nostro in sæcula sæculorum. Amen.

℟. Deo gratias.

Sic respondetur in fine omnium Capitulorum.

℟. bre. Inclina cor meum Deus, In testimonia tua. Inclina. ℣. Auerte oculos meos, ne videant vanitatem: in via tua viuifica me. In testimonia tua. ℣. Gloria Patri. Inclina.

Prædictũ ℟. bre. dicitur ad Laudes in Dñicis à ij.

Dominica post Epiphaniã vsq. ad Dñicã primã Quadragesimæ, & à iij. post Pentecosten vsq. ad Aduentũ.

Quando ad Nocturnũ dicitur Hymn. Primo dierum. ad Laudes dicitur sequens Hymnus.

ÆTerne rerum conditor,
Noctem diemq. qui regis,
Et temporum das tempora,
Vt alleues fastidium.
Præco diei iam sonat,
Noctis profundæ peruigil,
Nocturna lux viantibus,
A nocte noctem segregans.
Hoc excitatus lucifer
Soluit polum caligine,
Hoc omnis errorum chorus
Viam nocendi deserit.
Hoc nauta vires colligit,
Pontiq. mitescunt freta:
Hoc, ipsa petra Ecclesiæ
Canente, culpam diluit.
Surgamus ergo strenue,
Gallus iacentes excitat,
Et somnolentos increpat,
Gallus negantes arguit.
Gallo canente spes redit,
Ægris salus refunditur,
Mucro latronis conditur,
Lapsis fides reuertitur.

Iesu labentes respice,
Et nos videndo corrige:
Si respicis, lapsi stabunt,
Fletuq. culpa soluitur.
Tu lux refulge sensibus,
Mentisq. somnum discute:
Te nostra vox primùm sonet,
Et vota soluamus tibi.
Deo Patri sit gloria,
Eiusq. soli Filio,
Cum Spiritu paraclito,
Et nunc & in perpetuum, Amen.

Per Annum ℣. Dominus regnauit, decorem induit. ℟. Induit Dominus fortitudinem, & præcinxit se virtute.

A Septuagesima vsque ad Quadragesimam.

℣. Domine refugium factus es nobis.
℟. A generatione & progenie.

Quando ad Nocturnum dicitur Hymn. Nocte surgentes. Ad Laudes dicitur. Hymnus.

Ecce iam noctis tenuatur vmbra,
Lucis aurora rutilans coruscat,
Nisibus totis rogitemus omnes
Cunctipotentem.
Vt Deus nostri miseratus, omnem
Pellat languorem, tribuat salutem,
Donet & nobis pietate Patris
Regna polorum.

Præstet hoc nobis Deitas beata
Patris, ac Nati, pariterq. sancti
Spiritus, cuius reboat in omni
Gloria mundo. Amen.

Per Annum, ℣. Dominus regnauit decorem induit. ℟. Induit Dominus fortitudinem & præcinxit se virtute.

In Aduentu. Hymnus. Vox clara. ℣. Vox clamantis in deserto, Parate viam Domini. ℟. Rectas facite semitas eius.

In Quadragesima. Hymnus. Iam Christe sol. ℣. Angelis suis Deus mandauit de te. ℟. Vt custodiant te in omnibus vijs tuis.

Tempore passionis. Hymnus. Lustris sex. ℣. Eripe me de inimicis meis Deus meus. ℟. Et ab insurgentibus in me libera me.

Tempore Paschali. Hymnus. Aurora lucis rutilat. ℣. In resurrectione tua Christe, allel. ℟. Cæli & terra lætentur, alleluia.

Canticum Zachariæ. *Luc. 1. g. 68.*

BEnedictus Dominus Deus Israël: quia visitauit, & fecit redemptionem plebis suæ.

Et erexit cornu salutis nobis: in domo Dauid pueri sui.

Sicut locutus est per os sanctorum: qui à sæculo sunt, prophetarum eius.

Salutem ex inimicis nostris: & de manu omniũ, qui oderunt nos.

Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris:& memorari testamenti sui sancti.
Iusiurandum quod iurauit ad Abraham patrem nostrum:daturum se nobis.
Vt sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati: seruiamus illi.
In sanctitate & iustitia coram ipso:omnibus diebus nostris.
Et tu puer, propheta Altissimi vocaberis:pręibis enim ante faciem Domini, parare vias eius.
Ad dandam sciẽtiam salutis plebi eius: in remissionem peccatorum eorum.
Per viscera misericordię Dei nostri:in quibus visitauit nos oriens ex alto.
Illuminare his, qui in tenebris, & in vmbra mortis sedent: ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. Gloria Patri, &c.
Deinde dicitur, Aña. Kyrie eleis. Pater noster. Et Oratio propria, & post eam si occurrat eo die aliquod Festum simplex fit de eo commemoratio. Postremo (si id tempus requirit) fiunt commemorationes de S. Maria, de Apostolis, de beato Benedicto, & de Patrono Ecclesiæ, in ordine aliarũ cõmemorationũ secundũ illius dignitatẽ, & vltimo loco de Pace, vt infrà in Vesp. Sabbati.
In fine, si discedendum sit à Choro, dicitur vna ex Antiphonis beatæ Mariæ, vt habetur infrà post Completorium.

FERIA SECVNDA.

Ad Matutinum.

Pater noster. Aue Maria. Credo. ℣. Deus in adiutorium. ℣. Domine labia mea aperies. vt suprà. 30. Psalmi. Domine quid multiplicati sunt. vt suprà in Dominica. 31.

Inuitatorium. Venite, Exultemus Dño. Psal. Iubilemus Deo salutari nostro. vt sup. 31. Hymn.

Somno refectis artubus,
Spreto cubili surgimus:
Nobis Pater canentibus,
Adesse te deposcimus.

Te lingua primùm concinat,
Te mentis ardor ambiat:
Vt actuum sequentium
Tu sancte sis exordium.

Cedant tenebræ lumini,
Et nox diurno sideri:
Vt culpa, quam nox intulit,
Lucis labascat munere.

Precamur ijdem supplices,
Noxas vt omnes amputes,
Et ore te canentium
Lauderis in perpetuum.

Præsta Pater pijssime,
Patriq compar Vnice,
Cum Spiritu paraclito,
Regnans per omne sæculum, Amen.

Inuitatoria per Ferias dicuntur in Feriali Officio ab Octaua Epiphanię, vſque ad Dominicam Paſſionis, & ab Oct. Pentecoſt. vſq. ad Aduentũ. Hymni verò tam ad Matutinum, quàm ad Laudes & Veſperas, vſque ad Dominicam primam Quadrageſimæ, Antiphonæ autem Nocturnorum per totum Annum, vt infrà.

IN PRIMO NOCTVRNO.

Antiphona per Annum. Rectos decet.

Tempore Paſchali, Antiphona. Alleluia.

Sub qua vna Antiphona dicuntur omnes Pſalmi primi Nocturni. Pſalmus 32.

EXultate iuſti in Domino: rectos decet collaudatio.

Confitemini Domino in cithara: in pſalterio decem chordarum pſallite illi.

Cantate ei canticum nouum: bene pſallite ei in vociferatione.

Quia rectum eſt verbum Domini: & omnia opera eius in fide.

Diligit miſericordiam, & iudicium: miſericordia Domini plena eſt terra.

Verbo Domini cæli firmati ſunt: & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum.

Congregans ſicut in vtre aquas maris: ponens in theſauris abyſſos.

Timeat Dominum omnis terra: ab eo autem cõmoueantur omnes inhabitantes orbem.

Quoniam ipſe dixit, & facta ſunt: ipſe mandauit, & creata ſunt.
Dominus diſſipat conſilia gentium: reprobat autem cogitationes populorum, & reprobat conſilia principum.
Conſilium autem Domini in æternum manet: cogitationes cordis eius in generatione, & generationem.
Beata gens, cuius eſt Dominus, Deus eius: populus, quem elegit in hereditatem ſibi.
De cælo reſpexit Dominus: vidit omnes filios hominum.
De præparato habitaculo ſuo: reſpexit ſuper omnes, qui habitant terram.
Qui finxit ſingillatim corda eorum: qui intelligit omnia opera eorum.
Non ſaluatur rex per multam virtutem: & gigas non ſaluabitur in multitudine virtutis ſuæ.
Fallax equus ad ſalutem: in abundãtia autem virtutis ſuæ non ſaluabitur.
Ecce oculi Domini ſuper metuentes eum: & in eis, qui ſperant ſuper miſericordia eius.
Vt eruat à morte animas eorum: & alat eos in fame.
Anima noſtra ſuſtinet Dominũ: quoniam adiutor, & protector noſter eſt.
Quia in eo lætabitur cor noſtrum: & in nomine ſancto eius ſperauimus.

Fiat misericordia tua Domine super nos: quemadmodum sperauimus in te. Psalmus 33.

BEnedicam Dominũ in omni tempore: semper laus eius in ore meo.

In Domino laudabitur anima mea: audiant mãsueti, & lætentur.

Magnificate Dominum mecum: & exaltemus nomen eius in idipsum.

Exquisiui Dominum, & exaudiuit me: & ex omnibus tribulationibus meis eripuit me.

Accedite ad eum, & illuminamini: & facies vestræ non confundentur.

Iste pauper clamauit, & Dominus exaudiuit eũ: & de omnibus tribulationibus eius saluauit eũ.

Immittet Angelus Domini in circuitu timentium eum: & eripiet eos.

Gustate, & videte quoniam suauis est Dominus: beatus vir, qui sperat in eo.

Timete Dominum omnes sancti eius: quoniam non est inopia timentibus eum.

Diuites eguerunt & esurierunt: inquirentes autem Dominum non minuentur omni bono.

Venite filij, audite me: timorem Domini docebo vos.

Quis est homo qui vult vitam: diligit dies videre bonos?

Prohibe linguam tuam à malo: & labia tua ne loquantur dolum.

Diuerte à malo, & fac bonum: inquire pacem, & persequere eam.

Oculi Domini super iustos: & aures eius in preces eorum.

Vultus autem Domini super facientes mala: vt perdat de terra memoriam eorum.

Clamauerunt iusti, & Dominus exaudiuit eos: & ex omnibus tribulationibus eorũ liberauit eos.

Iuxta est Dominus ijs, qui tribulato sunt corde: & humiles spiritu saluabit.

Multæ tribulationes iustorum: & de omnibus his liberabit eos Dominus.

Custodit Dominus omnia ossa eorum: vnum ex his non conteretur.

Mors peccatorum pessima: & qui oderunt iustum, delinquent.

Redimet Dominus animas seruorum suorum: & non delinquent omnes qui sperant in eo.

Antiphona. Rectos decet collaudatio. Antiph. Expugna.

Psalmus 34.

IVdica Domine nocentes me: expugna impugnantes me.

Apprehende arma & scutum: & exurge in adiutorium mihi.

Effunde frameam, & conclude aduersus eos, qui persequuntur me: dic animæ meæ, Salus tua ego sum.

Confundantur & reuereantur: quærentes ani-

mam meam.

Auertantur retrorſum, & confundantur: cogitantes mihi mala.

Fiant tamquam puluis ante faciem venti: & Angelus Domini coarctans eos.

Fiat via illorum tenebræ, & lubricum: & Angelus Domini perſequens eos.

Quoniam gratis abſconderunt mihi interitum laquei ſui: ſuperuacuè exprobrauerunt animam meam.

Veniat illi laqueus, quem ignorat, & captio quá abſcondit, apprehendat eum: & in laqueum cadat in ipſum.

Anima autem mea exultabit in Domino: & delectabitur ſuper ſalutari ſuo.

Omnia oſſa mea dicēt: Domine, quis ſimilis tibi?

Eripiens inopem de manu fortiorum eius: egenum, & pauperem à diripientibus eum.

Surgentes teſtes iniqui: quæ ignorabam, interrògabant me.

Retribuebant mihi mala pro bonis: ſterilitatem animæ meæ.

Ego autem cum mihi moleſti eſſent: induebar cilicio.

Humiliabam in ieiunio animam meam: & oratio mea in ſinu meo conuertetur.

Quaſi proximum, & quaſi fratrē noſtrum, ſic cō placebā: quaſi lugēs & cōtriſtatus ſic humiliabar.

Et aduersùm me lætati ſunt, & conuenerunt: cõgregata ſunt ſuper me flagella, & ignoraui.

Diſſipati ſunt, nec compuncti, tentauerunt me, ſubſannauerunt me ſubſannatione: frenduerunt ſuper me dentibus ſuis.

Domine, quãdo reſpicies? reſtitue animam meã à malignitate eorum, à leonibus vnicam meam.

Confitebor tibi in Eccleſia magna: in populo graui laudabo te.

Non ſupergaudeant mihi, qui aduerſantur mihi iniquè: qui oderunt me gratis, & annuunt oculis.

Quoniam mihi quidẽ pacificè loquebantur: & in iracundia terræ loquentes, dolos cogitabant.

Et dilatauerunt ſuper me os ſuum: dixerunt, Euge, euge, viderunt oculi noſtri.

Vidiſti Domine, ne ſileas: Domine ne diſcedas à me.

Exurge, & intende iudicio meo: Deus meus & Dominus meus in cauſam meam.

Iudica me ſecundùm iuſtitiam tuam Domine Deus meus: & non ſupergaudeant mihi.

Non dicant in cordibus ſuis, Euge, euge, animæ noſtræ: nec dicant, Deuorauimus eum.

Erubeſcant & reuereantur ſimul: qui gratulantur malis meis.

Induantur confuſione & reuerentia: qui magna loquuntur ſuper me.

Exultent & lætentur qui volunt iuſtitiã meã: &

dicant

dicant ſemper, Magnificetur Dominus, qui volunt pacem ſerui eius.

E t lingua mea meditabitur iuſtitiam tuam: tota die laudem tuam. Dixit iniustus ut delinq 35.

Antiph. Expugna impugnantes me. Antiph. Reuela.

Pſalmus 36.

N Oli æmulari in malignantibus: neque zelaueris facientes iniquitatem.

Q uoniam tamquam fœnum velociter areſcent: & quemadmodum olera herbarũ citò decidẽt.

S pera in Domino, & fac bonitatem: & inhabita terram, & paſceris in diuitijs eius.

D electare in Domino: & dabit tibi petitiones cordis tui.

R euela Domino viam tuam, & ſpera in eo: & ipſe faciet.

E t educet quaſi lumen iuſtitiam tuam, & iudicium tuum tamquam meridiem: ſubditus eſto Domino, & ora eum.

N oli æmulari in eo, qui proſperatur in via ſua: in homine faciente iniuſtitias.

D eſine ab ira, & derelinque furorem: noli æmulari vt maligneris.

Q uoniam qui malignantur, exterminabuntur: ſuſtinentes autẽ Dñm ipſi hereditabunt terram.

E t adhuc puſillum, & non erit peccator: & quæres locum eius, & non inuenies.

M anſueti autem hereditabunt terrã: & delectabuntur

buntur in multitudine pacis.
O bſeruabit peccator iuſtum: & ſtridebit ſuper eum dentibus ſuis.
D ominus autem irridebit eum: quoniam proſpicit quòd veniet dies eius.
G ladium euaginauerunt peccatores: intenderũt arcum ſuum.
V t deijciant pauperem & inopem: vt trucident rectos corde.
G ladius eorum intret in corda ipſorum: & arcus eorum confringatur.
M elius eſt modicum iuſto: ſuper diuitias peccatorum multas.
Q uoniam brachia peccatorum conterentur: confirmat autem iuſtos Dominus.
N ouit Dominus dies immaculatorum: & hereditas eorum in æternum erit.
N on confundentur in tempore malo, & in diebus famis ſaturabuntur: quia peccatores peribũt.
I nimici verò Domini mox vt honorificati fuerint & exaltati: deficientes, quemadmodum fumus deficient.
M utuabitur peccator, & non ſoluet: iuſtus autem miſeretur, & tribuet.
Q uia benedicentes ei hereditabunt terram: maledicentes autem ei diſperibunt.
A pud Dominum greſſus hominis dirigentur: & viam eius volet.

Cùm

Cùm ceciderit, non collidetur: quia Dominus supponit manum suam.
Iunior fui, etenim senui: & non vidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panem.
Tota die miseretur, & commodat: & semẽ illius in benedictione erit. Diuisio.
DEclina à malo, & fac bonum: & inhabita in sæculum sæculi.
Quia Dominus amat iudicium, & non derelinquet sanctos suos: in æternum conseruabuntur.
Iniusti punientur: & semen impiorum peribit.
Iusti autem hereditabunt terram: & inhabitabunt in sæculum sæculi super eam.
Os iusti meditabitur sapientiam: & lingua eius loquetur iudicium.
Lex Dei eius in corde ipsius: & non supplantabuntur gressus eius.
Considerat peccator iustum: & quærit mortificare eum.
Dominus autem non derelinquet eum in manibus eius: nec damnabit eum cùm iudicabitur illi.
Expecta Dominum, & custodi viã eius, & exaltabit te, vt hereditate capias terram: cùm perierint peccatores, videbis.
Vidi impium superexaltatum: & eleuatum sicut cedros Libani.
Et transiui, & ecce non erat: & quæsiui eum, & non est inuentus locus eius.

Custodi innocentiam, & vide æquitatem: quoniam sunt reliquiæ homini pacifico.
Iniusti autem disperibunt simul: reliquię impiorum interibunt.
Salus autem iustorum à Domino: & protector eorum in tempore tribulationis.
Et adiuuabit eos Dominus, & liberabit eos & eruet eos à peccatoribus: & saluabit eos, quia sperauerunt in eo.
Antiphona. Reuela Domino viam tuam.
Antiphona. Ne in ira tua. Psalmus 37.
Domine ne in furore tuo arguas me: neq. in ira tua corripias me.
Quoniam sagittæ tuæ infixę sunt mihi: & confirmasti super me manum tuam.
Non est sanitas in carne mea à facie iræ tuæ: non est pax ossibus meis à facie peccatorum meorum.
Quoniá iniquitates meæ supergressæ sunt caput meũ: & sicut onus graue grauatæ sunt super me.
Putruerunt, & corruptæ sunt cicatrices meæ: à facie insipientiæ meæ.
Miser factus sum, & curuatus sum vsq. in finem: tota die contristatus ingrediebar.
Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus: & non est sanitas in carne mea.
Afflictus sum, & humiliatus sum nimis: rugiebam à gemitu cordis mei.
Domine, ante te omne desiderium meum: & gemitus

mitus meus à te non eſt abſconditus.
Cor meum conturbatum eſt, dereliquit me virtus mea: & lumen oculorum meorum, & ipſum non eſt mecum.
Amici mei, & proximi mei: aduerſum me appropinquauerunt, & ſteterunt.
Et qui iuxta me erant, de longe ſteterunt: & vim faciebant qui quærebant animam meam.
Et qui inquirebant mala mihi, locuti ſunt vanitates: & dolos tota die meditabantur.
Ego autem tamquam ſurdus non audiebam: & ſicut mutus non aperiens os ſuum.
Et factus ſum ſicut homo non audiens: & non habens in ore ſuo redargutiones.
Quoniam in te Domine ſperaui: tu exaudies me Domine Deus meus.
Quia dixi, Nequando ſupergaudeant mihi inimici mei: & dum commouentur pedes mei, ſuper me magna locuti ſunt.
Quoniam ego in flagella paratus ſum: & dolor meus in conſpectu meo ſemper.
Quoniam iniquitatem meam annunciabo: & cogitabo pro peccato meo.
Inimici autẽ mei viuunt, & cõfirmati ſunt ſuper me: & multiplicati ſunt, qui oderunt me iniquè.
Qui retribuunt mala pro bonis, detrahebant mihi: quoniam ſequebar bonitatem.
Ne derelinquas me Domine Deus meus: ne di-

ſceſſeris à me.
Intende in adiutorium meum: Domine Deus ſalutis meæ.
Antiphona. Ne in ira tua arguas me Domine.
Per Annũ. ℣. Domine in cælo miſericordia tua.
℟. Et veritas tua vſque ad nubes.
In Aduentu. ℣. Ex Sion ſpecies decoris eius.
℟. Deus noſter manifeſtè veniet.
In Quadrageſima. ℣. Ipſe liberauit me de laqueo venantium. ℟. Et à verbo aſpero.
Tempore Paſſionis. ℣. Erue à framea Deus animã meam. ℟. Et de manu canis vnicam meam.
Tempore Paſchali, Aña. Alleluia, alleluia, allel.
℣. Surrexit Dominus de ſepulchro, alleluia.
℟. Qui pro nobis pependit in ligno, alleluia.
Pro vno, vel pluribus Martyribus tempore Paſchali. ℣. Sancti & iuſti in Domino gaudete, alleluia. ℟. Vos elegit Deus in hereditatem ſibi, alleluia.
Pro vno Martyre extra tempus Paſchale. ℣. Gloria & honore coronaſti eum Domine. ℟. Et cõſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum.
Pro pluribus Martyribus. ℣. Lætamini in Domino, & exultate iuſti. ℟. Et gloriamini omnes recti corde.
Pro Confeſſore Pontifice, & non Pontifice. ℣. Amauit eum Dominus, & ornauit eum. ℟. Stolam gloriæ induit eum.

Pro vna Sancta. ℣. Specie tua, & pulchritudine tua. ℟. Intende, prospere procede, & regna.

Absolutio. Exaudi Domine.

In Æstate. Benedictio. In vnitate.

Lectio breuis. *Tren. 2. f. 19.*

COnsurge, lauda, in nocte in principio vigiliarũ: effunde sicut aquã cor tuum ante conspectum Domini: leua ad eum manus tuas. Tu autem Domine, miserere nobis. ℟. Deo gratias.

℟. bre. Benedicam Dominum; In omni tempore. Benedicam. ℣. Semper laus eius in ore meo. In. Gloria Patri, & Filio, & Spirit. Benedicam.

IN SECVNDO NOCTVRNO.

Per Annum, & Tempore Paschali super omnes Psalmos, Antiphona. Alleluia.

A Septuagesima vsque ad Pascha, Antiphona. Vt non delinquam. Psalmus 38.

DIxi, Custodiam vias meas: vt nõ delinquam in lingua mea.

Posui ori meo custodiam: cum consisteret peccator aduersum me.

Obmutui, & humiliatus sum, & silui à bonis: & dolor meus renouatus est.

Concaluit cor meum intra me: & in meditatione mea exardescet ignis.

Locutus sum in lingua mea: Notum fac mihi Domine finem meum.

Et numerum dierum meorum quis est: vt sciam

quid desit mihi?
Ecce mensurabiles posuisti dies meos: & substantia mea tamquam nihilum ante te.
Verumtamen vniuersa vanitas: omnis homo viuens.
Verumtamen in imagine pertransit homo: sed & frustra conturbatur.
Thesaurizat: & ignorat cui congregabit ea.
Et nunc quæ est expectatio mea, nonne Dominus? & substantia mea apud te est.
Ab omnibus iniquitatibus meis erue me: opprobrium insipienti dedisti me.
Obmutui, & non aperui os meum, quoniam tu fecisti: amoue à me plagas tuas.
A fortitudine manus tuæ ego defeci in increpationibus: propter iniquitaté corripuisti hominé.
Et tabescere fecisti sicut araneam animam eius: verumtamen vanè conturbatur omnis homo.
Exaudi orationem meam Domine, & deprecationem meam: auribus percipe lacrymas meas.
Ne sileas, quoniam aduena ego sum apud te, & peregrinus: sicut omnes patres mei.
Remitte mihi, vt refrigerer prius quàm abeam: & ampliùs non ero.

Psalmus 39.

EXpectans expectaui Dominum: & intendit mihi.
Et exaudiuit preces meas: & eduxit me de lacu miseriæ, & de luto fæcis.

Et ſtatuit ſuper petram pedes meos: & direxit greſſus meos.
Et immiſit in os meum canticum nouum: carmen Deo noſtro.
Videbunt multi, & timebunt: & ſperabunt in Domino.
Beatus vir, cuius eſt nomen Domini ſpes eius: & non reſpexit in vanitates, & inſanias falſas.
Multa feciſti tu Domine Deus meus mirabilia tua: & cogitationib⁹ tuis nõ eſt qui ſimilis ſit tibi.
Annuntiaui, & locutus ſum: multiplicati ſunt ſuper numerum.
Sacrificium & oblationem noluiſti: aures autem perfeciſti mihi.
Holocauſtum & pro peccato non poſtulaſti: tunc dixi, Ecce venio.
In capite libri ſcriptum eſt de me: vt facerem voluntatem tuam: Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei.
Annuntiaui iuſtitiam tuã in eccleſia magna: ecce labia mea non prohibebo, Domine tu ſciſti.
Iuſtitiam tuam non abſcondi in corde meo: veritatem tuam, & ſalutare tuum dixi.
Non abſcondi miſericordiam tuam & veritatem tuam: à concilio multo.
Tu autem Domine ne longe facias miſerationes tuas à me: miſericordia tua, & veritas tua ſemper ſuſceperunt me.

Quoniam circumdederunt me mala, quorum non est numerus: comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui vt viderem.
Multiplicatæ sunt super capillos capitis mei: & cor meum dereliquit me.
Complaceat tibi Domine vt eruas me: Domine ad adiuuandum me respice.
Confundantur, & reuereantur simul qui quærunt animam meam: vt auferant eam.
Conuertantur retrorsum, & reuereantur: qui volunt mihi mala.
Ferant confestim confusionem suam: qui dicunt mihi, Euge, euge.
Exultent, & lætentur super te omnes quærentes te: & dicant semper, Magnificetur Dominus, qui diligunt salutare tuum.
Ego autem mendicus sum, & pauper: Dominus sollicitus est mei.
Adiutor meus, & protector meus tu es: Deus meus ne tardaueris.
Antiphona in Septuagesima. Vt nō delinquam in lingua mea. Aña. Sana Domine. Psalmus 40.
BEatus qui intelligit super egenum, & pauperem: in die mala liberabit eum Dominus.
Dominus conseruet eum, & viuificet eum, & beatum faciat eum in terra: & non tradat eum in animam inimicorum eius.
Dñs opem ferat illi super lectum doloris eius:

vniuerſum ſtratũ eius verſaſti in infirmitate eius.

Ego dixi, Domine miſerere mei: ſana animam meam, quia peccaui tibi.

Inimici mei dixerunt mala mihi: Quando morietur, & peribit nomen eius?

Et ſi ingrediebatur vt videret, vana loquebatur: cor eius congregauit iniquitatem ſibi.

Egrediebatur foras: & loquebatur in idipſum.

Aduerſum me ſuſurrabant omnes inimici mei: aduerſum me cogitabant mala mihi.

Verbum iniquum conſtituerunt aduerſum me: Numquid qui dormit non adijciet vt reſurgat?

Etenim homo pacis meę, ĩ quo ſperaui: q̄ edebat panes meos, magnificauit ſup̄ me ſupplãtationẽ.

Tu autem Domine miſerere mei: & reſuſcita me, & retribuam eis.

In hoc cognoui, quoniam voluiſti me: quoniam non gaudebit inimicus meus ſuper me.

Me autem propter innocentiam ſuſcepiſti: & confirmaſti me in conſpectu tuo in æternum.

Benedictus Dominus Deus Iſraël, à ſæculo, & vſque in ſæculum: fiat, fiat.

Pſalmus 41.

QVemadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarũ: ita deſiderat anima mea ad te Deus.

Sitiuit anima mea ad Deum fortẽ viuum: quando veniam, & apparebo ante faciem Dei?

Fuerunt mihi lacrymæ meæ panes die ac nocte: dum dicitur mihi quotidie, Vbi eſt Deus tuus?

Hæc recordatus ſum, & effudi in me animam meam: quoniam tranſibo in locum tabernaculi admirabilis, vſque ad domum Dei.

In voce exultationis, & confeſſionis: ſonus epulantis.

Quare triſtis es anima mea: & quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: ſalutare vultus mei, & Deus meus.

Ad meipſum anima mea conturbata eſt: propterea memor ero tui de terra Iordanis, & Hermonijm, à monte modico.

Abyſſus abyſſum inuocat: in voce cataractarum tuarum.

Omnia excelſa tua, & fluctus tui: ſuper me tranſierunt.

In die mandauit Dominus miſericordiam ſuã: & nocte canticum eius.

Apud me oratio Deo vitæ meæ: dicam Deo, Suſceptor meus es.

Quare oblitus es mei, & quare contriſtatus incedo: dum affligit me inimicus?

Dum confringuntur oſſa mea: exprobrauerunt mihi, qui tribulant me inimici mei.

Dum dicũt mihi per ſingulos dies, Vbi eſt Deus tuus? quare triſtis es anima mea, & quare conturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: ſa-

lutare vultus mei, & Deus meus.

Antiphona, In Septuageſima. Sana Domine animam meam: quia peccaui tibi.

Antiphona. Eructauit. Pſalmus 43.

DEus auribus noſtris audiuimus: patres noſtri annunciauerunt nobis.

Opus, quod operatus es in diebus eorum: & in diebus antiquis.

Manus tua gentes diſperdidit, & plantaſti eos: afflixiſti populos, & expuliſti eos.

Nec enim in gladio ſuo poſſederunt terram: & brachium eorum non ſaluauit eos.

Sed dextera tua, & brachium tuum, & illuminatio vultus tui: quoniam complacuiſti in eis.

Tu es ipſe rex meus, & Deus meus: qui mandas ſalutes Iacob.

In te inimicos noſtros ventilabimus cornu: & in nomine tuo ſpernemus inſurgentes in nos.

Non enim in arcu meo ſperabo: & gladius meus non ſaluabit me.

Saluaſti enim nos de affligentibus nos: & odientes nos confudiſti.

In Deo laudabimur tota die: & in nomine tuo confitebimur in ſæculum.

Nunc autem repuliſti, & confudiſti nos: & non egredieris Deus in virtutibus noſtris.

Auertiſti nos retrorſum poſt inimicos noſtros: & qui oderunt nos, diripiebant ſibi.

Dediſti

Dediſti nos tamquam oues eſcarum: & in gentibus diſperſiſti nos.

Vendidiſti populum tuum ſine pretio: & non fuit multitudo in commutationibus eorum.

Poſuiſti nos opprobrium vicinis noſtris: ſubſannationẽ & deriſũ his, qui ſunt in circuitu noſtro.

Poſuiſti nos in ſimilitudinem gẽtibus: commotionem capitis in populis.

Tota die verecundia mea contra me eſt: & confuſio faciei meæ cooperuit me.

A voce exprobrantis & obloquentis: à facie inimici & perſequentis.

Hæc omnia venerunt ſuper nos, nec obliti ſumus te: & iniquè non egimus in teſtamento tuo.

Et non receſſit retro cor noſtrum: & declinaſti ſemitas noſtras à via tua.

Quoniam humiliaſti nos in loco afflictionis: & cooperuit nos vmbra mortis.

Si obliti ſumus nomen Dei noſtri: & ſi expandimus manus noſtras ad deum alienum.

Nonne Deus requiret iſta? ipſe enim nouit abſcondita cordis.

Quonian propter te mortificamur tota die: æſtimati ſumus ſicut oues occiſionis.

Exurge, quare obdormis Domine? exurge, & ne repellas in finem.

Quare faciem tuam auertis? obliuiſceris inopiæ noſtræ, & tribulationis noſtræ.

Quoniā humiliata est in puluere anima nostra: conglutinatus est in terra venter noster.
Exurge Domine, adiuua nos: & redime nos propter nomen tuum.

Psalmus 44.

ERuctauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi.
Lingua mea calamus scribæ: velociter scribentis.
Speciosus forma præ filijs hominum, diffusa est gratia in labijs tuis: propterea benedixit te Deus in æternum.
Accingere gladio tuo super femur tuum: potentissime.
Specie tua & pulchritudine tua: intende, prospere procede, & regna.
Propter veritatem, & mansuetudinem, & iustitiam: & deducet te mirabiliter dextera tua.
Sagittæ tuæ acutæ, populi sub te cadent: in corda inimicorum regis.
Sedes tua Deus in sæculum sæculi: virga directionis, virga regni tui.
Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea vnxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ præ cōsortibus tuis.
Myrrha, & gutta, & casia à vestimentis tuis, à domibus eburneis: ex quibus delectauerunt te filiæ regum in honore tuo.
Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato: circumdata varietate.

A udi filia, & vide, & inclina aurem tuam: & obliuiſcere populum tuum: & domum patris tui.

E t concupiſcet rex decorem tuum: quoniam ipſe eſt Dominus Deus tuus, & adorabunt eum.

E t filiæ Tyri in muneribus: vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis.

O mnis gloria eius filię regis ab intus: in fimbrijs aureis circumamicta varietatibus.

A dducentur regi virgines poſt eam: proximæ eius afferentur tibi.

A fferentur in lætitia & exultatione: adducentur in templum regis.

P ro patribus tuis nati ſunt tibi filij: conſtitues eos principes ſuper omnem terram.

M emores erunt nominis tui: in omni generatione, & generationem.

P ropterea populi confitebũtur tibi in æternum: & in ſæculum ſæculi. Deus noster Refugium [illegible]4.

Per Annum, & tempore Paſchali, Antiphona. Alleluia, alleluia, alleluia.

In Septuageſima, Antiphona. Eructauit cor meum verbum bonum.

Capitulum per Annum. *1. Cor. 16. c. 13.*

V Igilate, ſtate in fide, viriliter agite, & confortamini: omnia veſtra in charitate fiant.

℟. Deo gratias.

℣. Beati qui habitant in domo tua Domine.

℟. In ſæcula ſæculorũ laudabunt te. Oratio diei.

Tempo-

Tempore Aduentus in Feriali Officio.

Capitulum. *Ad Tit. 2. d. 12.*

SObriè, & iuſtè, & piè viuamus in hoc ſæculo, expectantes beatã ſpem, & aduentum gloriæ magni Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti.

℣. Veni Domine, & noli tardare.

℟. Relaxa facinora plebi tuæ. Oratio diei.

Prædictum Capitulum, & Verſus dicuntur in Aduentu ferialibus diebus vſque ad Vigiliam Natiuitatis Domini excluſiuè.

Tempore Quadrageſimæ in Feriali Officio.

Capitulum. *Iſa. 1. d. 12.*

LAuamini, mundi eſtote, auferte malum cogitationum veſtrarum ab oculis meis: quieſcite agere peruersè, diſcite bene facere: quærite iudicium, ſubuenite oppreſſo, iudicate pupillo, defendite viduam. Et venite, & arguite me dicit Dominus. ℣. In manibus portabunt te. ℟. Ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum. Oratio diei.

Prædictum Capitulum, & Verſus dicuntur in Ferijs vſque ad Dominicam Paſſionis.

Tempore Paſſionis in Ferijs vſque ad quartam Feriam maioris Hebdomadæ, incluſiuè.

Capitulum. *Ierem. 11. b. 18.*

TV autẽ Dñe demõſtraſti mihi, & cognoui: tu oſtẽdiſti mihi ſtudia eorum. Et ego quaſi agnus mãſuet⁹, q̃ portat̃ ad victimã. ℣. Eripe me Dñe ab hoĩe malo. ℟. A viro iniquo eripe me.

Tempo-

Tempore Paſchali vſque ad Aſcenſionẽ Domini in Feriali Officio. Capitulum. *Rom 6.a.4.*

COnſepulti enim ſumus cum Chriſto per baptiſmum in mortem: vt quomodo Chriſtus ſurrexit à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus.

℣. Reſurrexit Dominus, alleluia.

℟. Sicut dixit vobis, alleluia. Oratio diei.

Pro vno vel pluribus Martyribus tempore Paſchali. Capitulum. *Sap. 5 a. 5.*

ECce quomodo computati ſunt inter filios Dei, & inter ſanctos ſors illorum eſt.

℣. Pretioſa in conſpectu Domini, alleluia.

℟. Mors Sanctorum eius, alleluia.

Pro vno Martyre extra tempus Paſchale.
Capitulum. *Eccli. 15. a. 3.*

CIbauit illum pane vitę & intellectus, & aqua ſapientiæ ſalutaris potauit illum Dominus Deus noſter.

℣. Lætabitur iuſtus in Domino, & ſperabit in eo.

℟. Et laudabuntur omnes recti corde. Orõ diei.

Pro pluribus Martyribus extra tempus Paſchale.
Capitulum. *Sap. 10. c. 17.*

REddidit Deus mercedẽ laborum ſanctorũ ſuorũ, & deduxit illos in via mirabili: & fuit illis in velamẽto diei, & in luce ſtellarum nocte.

℣. Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt. ℟. Et nõ tanget illos tormentum mortis. Oratio diei.

Pro

Pro vno Confes. Pontific. Capit. *Eccl.44.c.17.*

NOn est inuentus similis illi, qui conseruaret legem Excelsi: ideo iureiurando fecit illum Dominus crescere in plebem suam. ℣. Iustus germinabit sicut lilium. ℟. Et florebit in æternum ante Dominum. Oratio diei.

Pro vno Confessore non Pontifice.

Capitulum. *Eccl.39.a.6.*

IVstus cor suum tradidit ad vigilandum diluculo ad Dominũ qui fecit illum: & in conspectu Altissimi deprecabitur. ℣. Iustus germinabit sicut lilium. ℟. Et florebit in æternum ante Dominum. Oratio diei.

Pro Virginibus. Capitulum. *2.Cor.11.a.2.*

ÆMulor enim vos Dei æmulatione: despondi enim vos vni viro, virginem castam exhibere Christo. ℣. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem. ℟. Propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ. Oratio diei.

Pro Martyre tantum. Capitulum. *Eccl.51.a.4.*

LIberasti me secundùm multitudinem misericordiæ nominis tui, à rugientibus præparatis ad escam, de manibus quærentium animam meam, & de multis tribulationibus, quę circũdederũt me. ℣. Dilexisti iustitiã. vt sup. Orõ diei.

Pro nec virgine nec Marty. Cap. *Prou.31.c.20.*

MAnum suam aperuit inopi, & palmas suas extendit ad pauperem: non timebit domui

ſuæ à frigoribus niuis. ℣. Dilexiſti iuſtitiam. vt ſuprà. Oratio diei.
Dicta Oratione, dicitur ℣. Dominus vobiſcum. ℣. Benedicamus Domino. ℣. Fidelium animæ.
Et ſic finiuntur Nocturni tam in Ferijs, quam in Feſtis ſimplicibus.

A D L A V D E S.

Pater noſter. Aue Maria. ℣. Deus in adiutorium meum intende. vt ſuprà. 57.
Tempore Paſchali dicuntur Pſal. Dominus regnauit. cum reliquis Pſalmis, & Antiphonis vt ſuprà in Dominica. 61.
Capitulum verò, ℟. bre. Hymn. Verſic. & Antiphona ad Benedictus, vt in proprio de Tēpore.
Alijs tēporibus per Annũ quando nō aſſignantur propriæ Añæ dicitur Aña. Miſerere. Pſalm. Miſerere. vt ſuprà. 57. Antiphona. Miſerere mei Deus. Antiphona. Intellige. Pſalmus 5.

VErba mea auribus percipe Domine: intellige clamorem meum.
Intende voci orationis meæ: rex meus, & Deus meus.
Quoniam ad te orabo: Domine, mane exaudies vocem meam.
Mane aſtabo tibi, & videbo: quoniam non Deus volens iniquitatem tu es.
Neque habitabit iuxta te malignus: neque permanebunt iniuſti ante oculos tuos.

Odisti omnes, qui operantur iniquitatem: perdes omnes, qui loquuntur mendacium.
Virum sanguinum & dolosum abominabitur Dominus: ego autem in multitudine misericordiæ tuæ.
Introibo in domum tuam: adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo.
Domine deduc me in iustitia tua: propter inimicos meos dirige in conspectu tuo viam meam.
Quoniam non est in ore eorum veritas: cor eorum vanum est.
Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolosè agebant: iudica illos Deus.
Decidant à cogitationibus suis, secundùm multitudinem impietatum eorum expelle eos: quoniam irritauerunt te Domine.
Et lætentur omnes, qui sperant in te: in æternum exultabunt, & habitabis in eis.
Et gloriabuntur in te omnes qui diligunt nomẽ tuum: quoniam tu benedices iusto.
Domine, vt scuto bonæ voluntatis tuæ: coronasti nos.
Antiphona. Intellige clamorem meũ Domine.
Antiphona. Domine in cælo. Psalmus 35.
DIxit iniustus vt delinquat in semetipso: non est timor Dei ante oculos eius.
Quoniam dolosè egit in conspectu eius: vt inueniatur iniquitas eius ad odium.

Verba oris eius iniquitas & dolus: noluit intelligere, vt bene ageret.
Iniquitatem meditatus est in cubili suo: astitit omni viæ non bonæ, malitiam autē non odiuit.
Domine in cælo misericordia tua: & veritas tua vsque ad nubes.
Iustitia tua sicut montes Dei: iudicia tua abyssus multa.
Homines & iumenta saluabis Domine: quemadmodum multiplicasti misericordiam tuā Deus.
Filij autem hominum: in tegmine alarum tuarum sperabunt.
Inebriabuntur ab vbertate domus tuæ: & torrente voluptatis tuæ potabis eos.
Quoniam apud te est fons vitæ: & in lumine tuo videbimus lumen.
Prætende misericordiam tuam scientibus te: & iustitiam tuam his qui recto sunt corde.
Non veniat mihi pes superbiæ: & manus peccatoris non moueat me.
Ibi ceciderunt qui operantur iniquitatem: expulsi sunt, nec potuerunt stare.
Antiphona. Domine in cælo misericordia tua.
Antiphona. Conuersus est.
Canticum Isaiæ Prophetæ. *Cap. 12.a.1.*
COnfitebor tibi Domine, quoniam iratus es mihi: conuersus est furor tuus, & consolatus es me.

Ecce Deus Saluator meus: fiducialiter agam & non timebo.

Quia fortitudo mea, & laus mea Dominus: & factus est mihi in salutem.

Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris: & dicetis in die illa, Confitemini Domino, & inuocate nomen eius.

Notas facite in populis adinuentiones eius: mementote quoniam excelsum est nomen eius.

Cantate Domino quoniam magnificè fecit: annunciate hoc in vniuersa terra.

Exulta, & lauda habitatio Sion: quia magnus in medio tui sanctus Israël.

Antiphona. Conuersus est furor tuus Domine, & consolatus es me. Antiphona. Laudate Dominum de cælis. Psalmus idem. 65.

Capitulum sequens cum ℟. breui dicit̃ in feriali Officio, ab Oct. Pentec. vsq. ad Aduentum, & ab Oct. Epiphaniæ vsq. ad Dñica j. Quadrag. alijs tẽporibus habentur propria. Capit. *Rom. 13. d. 12.*

Nox præcessit, dies autem appropinquauit: abijciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis: sicut in die honestè ambulemus. ℟. breu. Sana animam meam, Quia peccaui tibi. Sana. ℣. Ego dixi, Domine miserere mei. Quia. ℣. Gloria Patri. Sana.

Prædictum ℟. bre. dicitur ad Laudes in Feriali Officio à Dominica ij. post Epiphaniam vsq. ad

Dominicam primam Quadrageſimæ, & à Dñi-ca iij. poſt Pentecoſt. vſq. ad Aduentum. Hymn.

SPlendor paternæ gloriæ,
De luce lucem proferens,
Lux lucis, & fons luminis,
Diem dies illuminans.
Verusq. ſol illabere,
Micans nitore perpeti:
Iubarq. ſancti Spiritus,
Infunde noſtris ſenſibus.
Votis vocemus & Patrem,
Patrem perennis gloriæ,
Patrem potentis gratiæ,
Culpam releget lubricam.
Confirmet actus ſtrenuos,
Dentes retundat inuidi,
Caſus ſecundet aſperos,
Donet gerendi gratiam,
Mentem gubernet & regat,
Caſto, fideli corpore,
Fides calore ferueat,
Fraudis venena neſciat.
Chriſtusq. nobis ſit cibus,
Potusq. noſter ſit fides,
Læti bibamus ſobriam
Ebrietatem ſpiritus.
Lætus dies hic tranſeat,
Pudor ſit vt diluculum,

Fides velut meridies,
Crepusculum mens nesciat.
Aurora cursus prouehit,
Aurora totus prodeat,
In Patre totus Filius,
Et totus in Verbo Pater.
Deo Patri sit gloria,
Eiusq. soli Filio,
Cum Spiritu paraclito,
Et nunc & in perpetuum. Amen.

Per Annum, ℣. Repleti sumus mane misericordia tua. ℟. Exultauimus, & delectati sumus.

Ad Benedictus, Antiphona.

Benedictus Dñs Deus Israël. Oratio conueniẽs.

Quãdo in Feriali Officio fiunt Cõmemorationes cõmunes de S. Maria, de Apostolis, de S. Benedicto, & de Pace, ante eas fit cõmem. de Cruce. Aña. Per signum Crucis. vt in Vesper. Sabbati. Quæ commem. de Cruce fit in Ferijs tantùm. Tempore Paschali fit alia commem. de Cruce, quæ habetur Feria ij. post Dominicam in Albis, omissis alijs commemorationibus, vt suprà.

FERIA III. Ad Matutinum.

Inuitatorium. Iubilemus Deo, Salutari nostro. Psal. Venite exultemus. vt suprà. 31. Hymnus.

COnsors paterni luminis,
Lux ipse lucis, & dies,
Noctem canendo rumpimus,

Assiste postulantibus.
Aufer tenebras mentium,
Fuga cateruas dæmonum;
Expelle somnolentiam,
Ne pigritantes obruat.
Sic Christe nobis omnibus
Indulgeas credentibus:
Vt prosit exorantibus,
Quod præcinentes psallimus.
Præsta Pater pijssime,
Patrique compar Vnice,
Cum Spiritu paraclito,
Regnans per omne sæculum. Amen.

IN PRIMO NOCTVRNO.

Antiphona. Adiutor.

Tempore Paschali, Aña. Alleluia. Psalmus 45.

Deus noster refugium & virtus: adiutor in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis.

Propterea non timebimus dum turbabitur terra: & transferentur montes in cor maris.

Sonuerunt, & turbatæ sunt aquę eorum: conturbati sunt montes in fortitudine eius.

Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei: sanctificauit tabernaculum suum Altissimus.

Deus in medio eius, non commouebitur: adiuuabit eam Deus manè diluculo.

Conturbatæ sunt gentes, & inclinata sunt regna: dedit vocem suam, mota est terra.

Domi-

Dominus virtutum nobiſcum: ſuſceptor noſter Deus Iacob.
Venite, & videte opera Domini, quæ poſuit prodigia ſuper terram: auferens bella vſque ad finem terræ.
Arcum conteret, & confringet arma: & ſcuta comburet igni.
Vacate, & videte quoniam ego ſum Deus: exaltabor in gentibus, & exaltabor in terra.
Dominus virtutum nobiſcum: ſuſceptor noſter Deus Iacob.

Pſalmus 46.

OMnes gẽtes plaudite manibus: iubilate Deo in voce exultationis.
Quoniam Dominus excelſus, terribilis: Rex magnus ſuper omnem terram.
Subiecit populos nobis: & gentes ſub pedibus noſtris.
Elegit nobis hereditatem ſuam: ſpeciem Iacob, quem dilexit.
Aſcendit Deus in iubilo: & Dñs in voce tubæ.
Pſallite Deo noſtro, pſallite: pſallite Regi noſtro, pſallite.
Quoniã Rex omnis terrę Deus: pſallite ſapiẽter.
Regnabit Deus ſuper gentes: Deus ſedet ſuper ſedem ſanctam ſuam.
Principes populorum cõgregati ſunt cum Deo Abraham: quoniam dij fortes terræ vehementer eleuati ſunt.

Antiphona. Adiutor in tribulationibus.

Antiphona. Magnus Dominus. Psalmus 47.

MAgnus Dominus, & laudabilis nimis: in ciuitate Dei nostri in monte sancto eius.

Fundatur exultatione vniuersæ terræ mõs Sion: latera Aquilonis, ciuitas Regis magni.

Deus in domibus eius cognoscetur: cùm suscipiet eam.

Quoniam ecce reges terræ congregati sunt: conuenerunt in vnum.

Ipsi videntes sic admirati sunt, conturbati sunt, commoti sunt: tremor apprehendit eos.

Ibi dolores vt parturientis: in spiritu vehementi conteres naues Tharsis.

Sicut audiuimus, sic vidimus in ciuitate Domini virtutum, in ciuitate Dei nostri: Deus fundauit eam in æternum.

Suscepimus Deus misericordiam tuam: in medio templi tui.

Secundùm nomen tuum Deus, sic & laus tua in fines terræ: iustitia plena est dextera tua.

Lætetur mons Sion, & exultent filiæ Iudæ: propter iudicia tua Domine.

Circumdate Sion, & complectimini eam: narrate in turribus eius.

Ponite corda vestra in virtute eius: & distribuite domos eius, vt enarretis in progenie altera.

Quoniam hic est Deus, Deus noster in æternum,

& in sęculũ sęculi: ipse reget nos in sæcula. Ps. 48.

AVdite hæc omnes gentes: auribus percipite omnes qui habitatis orbem.

Quique terrigenæ, & filij hominum: simul in vnum diues & pauper.

Os meum loquetur sapiẽtiam: & meditatio cordis mei prudentiam.

Inclinabo in parabolam aurem meam: aperiam in psalterio propositionem meam.

Cur timebo in dię mala? iniquitas calcanei mei circumdabit me.

Qui confidunt in virtute sua: & in multitudine diuitiarum suarum gloriantur.

Frater non redimit, redimet homo: non dabit Deo placationem suam.

Et pretium redemptionis animæ suæ: & laborabit in æternum, & viuet adhuc in finem.

Non videbit interitum, cùm viderit sapiẽtes morientes: simul insipiens, & stultus peribunt.

Et relinquent alienis diuitias suas: & sepulchra eorum domus illorum in æternum.

Tabernacula eorum in progenie & progenie: vocauerunt nomina sua in terris suis.

Et homo, cum in honore esset, non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.

Hæc via illorum scandalum ipsis: & postea in ore suo complacebunt.

Sicut oues in inferno positi sunt: mors depascet eos.
Et dominabuntur eorũ iusti in matutino: & auxiliũ eorum veterascet in inferno à gloria eorũ.
Verumtamen Deus redimet animam meam de manu inferi: cum acceperit me.
Ne timueris cùm diues factus fuerit homo: & cùm multiplicata fuerit gloria domus eius.
Quoniam cùm interierit, non sumet omnia: neque descendet cum eo gloria eius.
Quia anima eius in vita ipsius benedicetur: confitebitur tibi cùm benefeceris ei.
Introibit vsque in progenies patrum suorum; & vsque in æternum non videbit lumen.
Homo, cùm in honore esset, non intellexit: comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis.
Antiph. Magnus Dominus, & laudabilis nimis.
Antiphona. Deus deorum. Psalmus 49.
Deus deorum Dominus locutus est: & vocauit terram.
A solis ortu vsque ad occasum: ex Sion species decoris eius.
Deus manifestè veniet: De⁹ noster, & nõ silebit.
Ignis in conspectu eius exardescet: & in circuitu eius tempestas valida.
Aduocabit cęlum desursum: & terram discernere populum suum.
Con-

Congregate illi sanctos eius: qui ordinant testamentum eius super sacrificia.
Et annunciabunt cæli iustitiam eius: quoniam Deus iudex est.
Audi populus meus, & loquar Israël, & testificabor tibi: Deus Deus tuus ego sum.
Non in sacrificijs tuis arguam te: holocausta autem tua in conspectu meo sunt semper.
Non accipiam de domo tua vitulos: neque de gregibus tuis hircos.
Quoniam meæ sunt omnes feræ syluarum: iumenta in montibus & boues.
Cognoui omnia volatilia cæli: & pulchritudo agri mecum est.
Si esuriero, non dicam tibi: meus est enim orbis terræ, & plenitudo eius.
Numquid manducabo carnes taurorum: aut sanguinem hircorum potabo?
Immola Deo sacrificium laudis: & redde Altissimo vota tua.
Et inuoca me in die tribulationis: eruam te, & honorificabis me.
Peccatori autem dixit Deus: Quare tu enarras iustitias meas, & assumis testamentum meum per os tuum?
Tu verò odisti disciplinam: & proiecisti sermones meos retrorsum.
Si videbas furem, currebas cum eo: & cum adul-

teris

teris portionem tuam ponebas.
Os tuum abundauit malitia: & lingua tua concinnabat dolos.
Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris, & aduersus filium matris tuę ponebas scandalum: hęc fecisti, & tacui.
Existimasti iniquè quòd ero tui similis: arguam te, & statuam contra faciem tuam.
Intelligite hęc, qui obliuiscimini Deum: nequando rapiat, & non sit qui eripiat.
Sacrificium laudis honorificabit me: & illic iter, quo ostendam illi salutare Dei. Psalmus 51.
QVid gloriaris in malitia: qui potens es in iniquitate?
Tota die iniustitiam cogitauit lingua tua: sicut nouacula acuta fecisti dolum.
Dilexisti malitiam super benignitatem: iniquitatem magis, quàm loqui æquitatem.
Dilexisti omnia verba præcipitationis: lingua dolosa.
Propterea Deus destruet te in finem: euellet te, & emigrabit te de tabernaculo tuo, & radicem tuã de terra viuentium.
Videbunt iusti, & timebunt, & super eum ridebunt, & dicent: Ecce homo; qui non posuit Deũ adiutorem suum.
Sed sperauit in multitudine diuitiarum suarum: & præualuit in vanitate sua.

Ego autem, sicut oliua fructifera in domo Dei: speraui in misericordia Dei in æternum, & in seculum sæculi.

Confitebor tibi in sæculum, quia fecisti: & expectabo nomen tuum, quoniam bonum est in cõspectu sanctorum tuorum.

Antiphona. Deus deorũ Dominus locutus est.

Per annum, ℣. Immola Deo sacrificium laudis.
℟. Et redde Altissimo vota tua.

In Aduentu, ℣. Emitte Agnũ Dñe dominatorẽ terræ. ℟. De petra deserti ad montẽ filiæ Sion.

In Quadragesi. ℣. Scapulis suis obumbrabit tibi.
℟. Et sub pennis eius sperabis.

Tempore Passionis, ℣. De ore leonis libera me Domine. ℟. Et à cornibus vnicornium humilitatem meam.

Tempore Paschali, Aña. Alleluia, alleluia, allel.
℣. Surrexit Dominus verè, alleluia.
℟. Et apparuit Simoni, alleluia.

Pro vno, vel pluribus Martyrib. tẽpore paschali.
℣. Lux perpetua lucebit sanctis tuis Domine, all.
℟. Et æternitas temporum, alleluia.

Pro vno Martyre extra tempus Paschale, ℣. Posuisti Domine super caput eius.
℟. Coronam de lapide pretioso.

Pro pluribus Martyribus, ℣. Exultent iusti in conspectu Dei. ℟. Et delectentur in lætitia.

Pro Confessore Pontif. ℣. Elegit eum Dñs sacerdotem

dotẽ ſibi. ℟. Ad ſacrificandũ ei hoſtiam laudis.
Pro Confeſ. non Pontifice, ℣. Os iuſti meditabitur ſapientiã. ℟. Et lingua eius loquetur iudiciũ.
Pro vna Sancta, ℣. Adiuuabit eam Deus vultu ſuo. ℟. Deus in medio eius non commouebitur.
Abſolutio. Ipſius pietas.
In Æſtate. Benedictio. A cunctis vitijs.

Lectio breuis. *Prou. 3. c. 19.*

DOminus ſapientia fundauit terram, ſtabiliuit cælos prudentia. Sapientia illius erupe-runt abyſſi, & nubes rore concreſcũt. Tu autem Domine. ℟. bre. Deus in nomine tuo, Saluum me fac Domine. Deus. ℣. Et in miſericordia tua libera me. Saluum. Gloria Patri. Deus.

IN SECVNDO NOCTVRNO.

Per Annum ſuper omnes Pſalmos, Aña. Allel.
In Septuag. Aña. Auertit Dominus. Pſalmus 52.

DIxit inſipiens in corde ſuo: Non eſt Deus.
Corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt in iniquitatibus: non eſt qui faciat bonum.
Deus de cælo proſpexit ſuper filios hominum: vt videat ſi eſt intelligens, aut requirens Deum.
Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt: non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnũ.
Nonne ſcient omnes qui operãtur iniquitatem: qui deuorant plebem meam vt cibum panis?
Deum non inuocauerunt: illic trepidauerunt timore, vbi non erat timor.

Quo-

Quoniã Deus dissipauit ossa eorũ qui hominibus placent: confusi sunt, qm̃ Deus spreuit eos.

Quis dabit ex Sion salutare Israël? cum conuerterit Deus captiuitatem plebis suæ, exultabit Iacob, & lætabitur Israël. Psalmus 53.

DEus in nomine tuo saluum me fac: & in virtute tua iudica me.

Deus exaudi orationem meam: auribus percipe verba oris mei.

Quoniam alieni insurrexerunt aduersùm me, & fortes quæsierunt animam meam: & non proposuerunt Deum ante conspectum suum.

Ecce enim Deus adiuuat me: & Dominus susceptor est animæ meæ.

Auerte mala inimicis meis: & in veritate tua disperde illos.

Voluntariè sacrificabo tibi: & confitebor nomini tuo Domine, quoniam bonum est.

Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me: & super inimicos meos despexit oculus meus.

Antiphona. Auertit Dominus captiuitatem plebis suæ. Aña. Intende in me. Psalmus 54.

EXaudi Deus orationem meam, & ne despexeris deprecationem meam: intende mihi, & exaudi me.

Cõtristat⁹ sum in exercitatione mea: & cõturbat⁹ sũ à voce inimici, & à tribulatione peccatoris.

Quoniam declinauerunt in me iniquitates: &

in ira molesti erant mihi.
Cor meum conturbatum est in me: & formido mortis cecidit super me.
Timor & tremor venerunt super me: & contexerunt me tenebræ.
Et dixi, Quis dabit mihi pennas sicut columbæ: & volabo, & requiescam?
Ecce elongaui fugiens: & mansi in solitudine.
Expectabam eum qui saluum me fecit: à pusillanimitate spiritus, & tempestate.
Præcipita Domine, diuide linguas eorũ: quoniá vidi iniquitatem & contradictionem in ciuitate.
Die ac nocte circumdabit eam super muros eius iniquitas: & labor in medio eius, & iniustitia.
Et non defecit de plateis eius: vsura & dolus.
Quoniam si inimicus meus maledixisset mihi: sustinuissem vtique.
Et si is, qui oderat me super me magna locutus fuisset: abscondissem me forsitan ab eo.
Tu verò homo vnanimis: dux meus & notus meus.
Qui simul mecum dulces capiebas cibos: in domo Dei ambulauimus cum consensu.
Veniat mors super illos: & descendant in infernum viuentes.
Quoniam nequitiæ in habitaculis eorum: in medio eorum.
Ego autem ad Deum clamaui: & Dominus saluabit

uabit me.
V espere, & mane, & meridie narrabo & annunciabo: & exaudiet vocem meam.
R edimet in pace animam meam ab his qui appropinquant mihi: quoniam inter multos erant mecum.
E xaudiet Deus, & humiliabit illos: qui est ante sæcula.
N on enim est illis commutatio, & nõ timuerũt Deum: extendit manum suam in retribuendo.
C ontaminauerunt testamẽtum eius, diuisi sunt ab ira vultus eius: & appropinquauit cor illius.
M olliti sunt sermones eius super oleum: & ipsi sunt iacula.
I acta super Dominum curam tuá, & ipse te enutriet: non dabit in ęternum fluctuationem iusto.
T u verò Deus deduces eos: in puteum interitus.
V iri sanguinum & dolosi nõ dimidiabunt dies suos: ego autem sperabo in te Domine. Psal. 55.
M Iserere mei Deus, quoniã conculcauit me homo: tota die impugnans tribulauit me.
Conculcauerunt me inimici mei tota die: quoniam multi bellantes aduersum me.
A baltitudine diei timebo: ego verò ĩ te sperabo.
I n Deo laudabo sermones meos, in Deo speraui: non timebo quid faciat mihi caro.
T ota die verba mea execrabantur aduersum me: omnes cogitationes eorum in malum.

Inhabitabunt & abſcondent : ipſi calcaneum meum obſeruabunt.

Sicut ſuſtinuerunt animam meam, pro nihilo ſaluos facies illos: in ira populos confringes.

Deus, vitam meam annuntiaui tibi : poſuiſti lacrymas meas in conſpectu tuo.

Sicut & in promiſſione tua : tunc conuertentur inimici mei retrorſum.

In quacumque die inuocauero te: ecce cognoui quoniam Deus meus es.

In Deo laudabo verbum, in Domino laudabo ſermonem : in Deo ſperaui, non timebo quid faciat mihi homo.

In me ſunt Deus vota tua: quæ reddam, laudationes tibi.

Quoniam eripuiſti animam meam de morte, & pedes meos de lapſu : vt placeam coram Deo in lumine viuentium. Miserere mei Deus 119

Antiphona. Intende in me, & exaudi me.

Antiphona. Iuſta iudicate. Pſalmus 57.

SI verè vtique iuſtitiam loquimini: recta iudicate filij hominum.

Etenim in corde iniquitates operamini: in terra iniuſtitias manus veſtræ concinnant.

Alienati ſunt peccatores à vulua, errauerunt ab vtero: locuti ſunt falſa.

Furor illis ſecundùm ſimilitudinem ſerpentis: ſicut aſpidis ſurdæ, & obturantis aures ſuas.

Quæ

Quæ non exaudiet vocem incantantium: & venefici incantantis ſapienter.
Deus conteret dentes eorum in ore ipſorum: molas leonum confringet Dominus.
Ad nihilum deuenient tãquam aqua decurrens: intendit arcum ſuum donec infirmentur.
Sicut cera, quę fluit auferẽtur: ſupercecidit ignis, & non viderunt ſolem.
Priuſquam intelligerent ſpinæ veſtræ rhamnum: ſicut viuentes, ſic in ira abſorbet eos.
Lętabitur iuſtus cùm viderit vindictam: manus ſuas lauabit in ſanguine peccatoris.
Et dicet homo, Si vtique eſt fructus iuſto: vtique eſt Deus iudicans eos in terra. Pſalmus 58.
ERipe me de inimicis meis Deus meus: & ab inſurgentibus in me libera me.
Eripe me de operantibus iniquitatem: & de viris ſanguinum ſalua me.
Quia ecce ceperunt animam meam: irruerunt in me fortes.
Neque iniquitas mea, neque peccatum meum Domine: ſine iniquitate cucurri, & direxi.
Exurge in occurſum meum, & vide: & tu Domine Deus virtutum Deus Iſraël.
Intende ad viſitandas omnes gentes: non miſerearis omnibus qui operantur iniquitatem.
Conuertentur ad veſperam, & famem patientur vt canes: & circuibunt ciuitatem.

Ecce loquentur in ore ſuo, & gladius in labijs eorum: quoniam quis audiuit?

Et tu Domine deridebis eos: ad nihilum deducet omnes gentes.

Fortitudinem meam ad te cuſtodiam, quia Deus ſuſceptor meus es: Deus meus, miſericordia eius præueniet me.

Deus oſtendet mihi ſuper inimicos meos, ne occidas eos: ne quando obliuiſcantur populi mei.

Diſperge illos in virtute tua: & depone eos protector meus Domine.

Delictum oris eorum, ſermonem labiorum ipſorum: & comprehendantur in ſuperbia ſua.

Et de execratione & mendacio annunciabuntur in conſummatione: in ira conſummationis, & non erunt.

Et ſcient quia Deus dominabitur Iacob: & finium terræ.

Conuertentur ad veſperam; & famem patientur vt canes: & circuibunt ciuitatem.

Ipſi diſpergentur ad manducandum: ſi verò non fuerint ſaturati, & murmurabunt.

Ego autem cantabo fortitudinem tuam: & exultabo manè miſericordiam tuam.

Quia factus es ſuſceptor meus: & refugium meũ in die tribulationis meæ.

Adiutor meus tibi pſallam, quia Deus ſuſceptor meus es: Deus meus miſericordia mea.

Deus repulisti nos 124

Antiphona per Annum. Alleluia, alleluia, allel.
In Septuag. Antiph. Iuſta iudicate filij hominũ.
Capitula & ℣. vt ſuprà in ſecunda Feria.

AD LAVDES,

Pater noſter. Aue Maria.

Añа. Dele Domine iniquitatẽ meam. Pſal. Miſerere. vt ſuprà. 57. Aña. Salutare. Pſalmus 42.

IVdica me Deus, & diſcerne cauſam meam de gente non ſancta: ab homine iniquo & doloſo erue me.

Quia tu es Deus fortitudo mea: quare me repuliſti, & quare triſtis incedo, dũ affligit me inimic⁹?

Emitte lucem tuam, & veritatem tuam: ipſa me deduxerunt, & adduxerunt in montem ſanctum tuum, & in tabernacula tua.

Et introibo ad altare Dei: ad Deum, qui lætificat iuuentutem meam.

Confitebor tibi in cithara Deus, Deus meus: quare triſtis es anima mea, & quare cõturbas me?

Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: ſalutare vultus mei, & Deus meus.

Antiphona. Salutare vultus mei, & Deus meus.

Antiphona. Quoniam. Pſalmus 56.

MIſerere mei Deus, miſerere mei: quoniam in te confidit anima mea.

Et in vmbra alarum tuarum ſperabo: donec trãſeat iniquitas.

Clamabo ad Deum altiſſimum: Deum, qui

benefecit mihi.

Misit de cælo, & liberauit me: dedit in opprobrium conculcantes me.

Misit Deus misericordiam suam, & veritatem suam: & eripuit animam meam de medio catulorum leonum, dormiui conturbatus.

Filij hominum, dentes eorum arma & sagittæ: & lingua eorum gladius acutus.

Exaltare super cælos Deus: & in omni terra gloria tua.

Laqueum parauerunt pedibus meis: & incuruauerunt animam meam.

Foderunt ante faciem meam foueam: & inciderunt in eam.

Paratum cor meum Deus, paratum cor meum: cantabo, & psalmum dicam.

Exurge gloria mea, exurge psalterium & cithara: exurgam diluculo.

Confitebor tibi in populis Domine: & psalmũ dicam tibi in gentibus.

Quoniam magnificata est vsque ad cælos misericordia tua: & vsque ad nubes veritas tua.

Exaltare super cælos Deus: & super omnem terram gloria tua.

Aña. Quoniam in te confidit anima mea. Aña Cunctis diebus. Canticum Ezechiæ. *Is. 38. b. 20.*

EGo dixi, In dimidio dierum meorum: vadam ad portas inferi.

Quæsi-

Quæſiui reſiduum annorum meorum: dixi, Nō videbo Dominum Deum in terra viuentium.
Non aſpiciam hominem vltrà: & habitatorem quietis.
Generatio mea ablata eſt, & conuoluta eſt à me: quaſi tabernaculum paſtorum.
Præciſa eſt velut à texente, vita mea, dum adhuc ordirer, ſuccidit me: de mane vſque ad veſperam finies me.
Sperabam vſque ad mane: quaſi leo ſic contriuit omnia oſſa mea.
De mane vſque ad veſperam finies me: ſicut pullus hirundinis ſic clamabo, meditabor vt colūba.
Attenuati ſunt oculi mei: ſuſpiciētes in excelsū.
Domine vim patior, reſpōde pro me: quid dicā, aut quid reſpondebit mihi, cùm ipſe fecerit?
Recogitabo tibi omnes annos meos: in amaritudine animæ meæ.
Domine ſi ſic viuitur, & in talibus vita ſpiritus mei, corripies me, & viuificabis me: ecce in pace amaritudo mea amariſſima.
Tu autem eruiſti animam meam vt non periret: proieciſti poſt tergum tuum omnia peccata mea.
Quia non infernus cōfitebitur tibi, neque mors laudabit te: non expectabunt, qui deſcendunt in lacum, veritatem tuam.
Viuens viuens ipſe confitebitur tibi, ſicut & ego hodie: pater filijs notam faciet veritatem tuam.

Domine saluũ me fac: & psalmos nostros cãtabimus, cunctis diebus vitæ nostræ in domo Dñi. Aña. Cunctis diebus vitæ nostræ saluos nos fac Domine. Aña. Omnes Angeli eius laudate Dominum de cælis. Psalmus. Laudate Dominum de cælis. 65. Capitulum. *Rom. 13. d. 12.*

NOx præcessit, dies autẽ appropinquauit abijciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis: sicut in die honeste ambulemus. ℟. bre. Sana animam meam, Quia peccaui tibi. Sana. ℣. Ego dixi Domine miserere mei. Quia. ℣. Gloria Patri. Sana. Hymnus.

ALes diei nuncius,
Lucem propinquam præcinit;
Nos excitator mentium
Iam Christus ad vitam vocat.
Auferte, clamat, lectulos
Ægro sopore desides:
Castique, recti, ac sobrij
Vigilate, iam sum proximus.
Iesum ciamus vocibus,
Flentes, precantes, sobrij:
Intenta supplicatio
Dormire cor mundum vetat.
Tu Christe somnum discute,
Tu rumpe noctis vincula,
Tu solue peccatum vetus,
Nouumq. lumen ingere.

Deo Patri sit gloria,
Eiusq. soli Filio,
Cum Spiritu paraclito,
Et nunc & in perpetuum, Amen.
℣. Repleti sumus manè misericordia tua.
℟. Exultauimus, & delectati sumus.
Ad Magnificat, Antiph. Erexit nobis Dominus cornu salutis, in domo Dauid pueri sui.

FERIA IIII. Ad Matutinum.

Inuitatorium. In manu tua Domine, Omnes fines terræ. Psalmus. Venite. 31. Hymnus.

Rerum creator optime,
Rectorq. noster aspice,
Nos à quiete noxia
Mersos sopore libera.
Te sancte Christe poscimus,
Ignosce tu criminibus,
Ad confitendum surgimus,
Morasq. noctis rumpimus.
Mentes manusq. tollimus,
Propheta sicut noctibus
Nobis gerendum præcipit,
Paulusq. gestis censuit.
Vides malum quod gessimus,
Occulta nostra pandimus:
Preces gementes fundimus,
Dimitte quod peccauimus.
Præsta Pater piissime,

Patriq compar Vnice,
Cum Spiritu paraclito,
Regnans per omne sæculum, Amen.

IN PRIMO NOCTVRNO.

Antiphona. Da nobis.
Tempore Paschali, Aña. Alleluia. Psalmus 59.

DEus repulisti nos, & destruxisti nos: iratus es, & misertus es nobis.

Commouisti terram, & conturbasti eam: sana contritiones eius, quia commota est.

Ostendisti populo tuo dura: potasti nos vino compunctionis.

Dedisti metuentibus te significationem: vt fugiant à facie arcus.

Vt liberentur dilecti tui: saluum fac dextera tua, & exaudi me.

Deus locut⁹ est in sácto suo: Lętabor, & partibor Sichimam, & cōuallem tabernaculorú metibor.

Meus est Galaad, & meus est Manasses: & Ephraim fortitudo capitis mei.

Iuda rex meus: Moab olla spei meæ.

In Idumæam extendam calceamentum meum: mihi alienigenæ subditi sunt.

Quis deducet me in ciuitatem munitam? quis deducet me vsque in Idumæam?

Nonne tu Deus, qui repulisti nos: & non egredieris Deus in virtutibus nostris.

Da nobis auxilium de tribulatione: quia vana

ſalus hominis.
In Deo faciemus virtutem: & ipſe ad nihilum deducet tribulantes nos. Pſalmus 60.
EXaudi Deus deprecationem meam: intende orationi meæ.
A finibus terræ ad te clamaui: dum anxiaretur cor meum, in petra exaltaſti me.
Deduxiſti me, quia factus es ſpes mea: turris fortitudinis à facie inimici.
Inhabitabo in tabernaculo tuo in ſæcula: protegar in velamento alarum tuarum.
Quoniã tu Deus meus exaudiſti orationẽ meã: dediſti hereditatem timentibus nomen tuum.
Dies ſuper dies regis adijcies: annos eius vſque in diem generationis & generationis.
Permanet in æternum in conſpectu Dei: miſericordiam & veritatem eius quis requiret?
Sic pſalmum dicam nomini tuo in ſæculum ſæculi: vt reddam vota mea de die in diem.
Antiphona. Da nobis Domine auxilium de tribulatione. Aña Benedicite gentes. Pſalmus 61.
NOnne Deo ſubiecta erit anima mea? ab ipſo enim ſalutare meum.
Nam & ipſe Deus meus, & ſalutaris meus: ſuſceptor meus, non mouebor ampliùs.
Quouſque irruitis in hominem? interficitis vniuerſi vos, tamquam parieti inclinato, & maceriæ depulſæ.

Verumtamen pretium meum cogitauerunt repellere, cucurri in ſiti: ore ſuo benedicebant, & corde ſuo maledicebant.

Verumtamē Deo ſubiecta eſto anima mea: quoniam ab ipſo patientia mea.

Quia ipſe Deus meus & Saluator meus: adiutor meus, non emigrabo.

In Deo ſalutare meum, & gloria mea: Deus auxilij mei, & ſpes mea in Deo eſt.

Sperate in eo oīs cōgregatio populi, effundite corā illo corda veſtra: Deus adiutor nr̄ in æternū.

Verumtamen vani filij hominum, mendaces filij hominum in ſtateris: vt decipiant ipſi de vanitate in idipſum.

Nolite ſperare in iniquitate, & rapinas nolite cō cupiſcere: diuitię ſi affluant, nolite cor apponere.

Semel locutus eſt Deus, duo hæc audiui, quia poteſtas Dei eſt, & tibi Domine miſericordia: quia tu reddes vnicuique iuxta opera ſua. Pſalmus 63.

IVbilate Deo omnis terra, pſalmum dicite nomini eius: date gloriam laudi eius.

Dicite Deo, quam terribilia ſunt opera tua Domine? in multitudine virtutis tuæ mentientur tibi inimici tui.

Omnis terra adoret te, & pſallat tibi: pſalmum dicat nomini tuo.

Venite, & videte opera Dei: terribilis in conſilijs ſuper filios hominum.

Qui

Qui conuertit mare in aridam, in flumine pertransibunt pedes: ibi lætabimur in ipso.
Qui dominatur in virtute sua in æternum, oculi eius super gentes respiciunt: qui exasperant non exaltentur in semetipsis.
Benedicite gentes Deum nostrum: & auditam facite vocem laudis eius.
Qui posuit animam meam ad vitam: & non dedit in commotionem pedes meos.
Quoniam probasti nos Deus: igne nos examinasti, sicut examinatur argentum.
Induxisti nos in laqueum, posuisti tribulationes in dorso nostro: imposuisti homines super capita nostra.
Transiuimus per ignem & aquam: & eduxisti nos in refrigerium.
Introibo in domum tuam in holocaustis: reddam tibi vota mea, quæ distinxerunt labia mea.
Et locutum est os meum: in tribulatione mea.
Holocausta medullata offeram tibi cum incenso arietum: offeram tibi boues cum hircis.
Venite, audite, & narrabo omnes qui timetis Deum: quanta fecit animæ meæ.
Ad ipsum ore meo clamaui: & exaltaui sub lingua mea.
Iniquitatem si aspexi in corde meo: non exaudiet Dominus.
Propterea exaudiuit Deus: & attendit voci depreca-

precationis meæ.

Benedictus Deus: qui non amouit orationem meam,& miſericordiam ſuam à me.

Antiphona Benedicite gentes Deum noſtrum.

Antiphona. In Eccleſijs. Pſalmus 67.

EXurgat Deus,& diſſipentur inimici eius: & fugiant qui oderunt eum à facie eius.

Sicut deficit fumus, deficiant: ſicut fluit cera à facie ignis, ſic pereant peccatores à facie Dei.

Et iuſti epulentur,& exultent in conſpectu Dei: & delectentur in lætitia.

Cãtate Deo, pſalmũ dicite nomini eiꝰ: iter facite ei, qui aſcendit ſuper occaſum, Dñs nomen illi.

Exultate in conſpectu eius: turbabuntur à facie eius, patris orphanorum,& iudicis viduarum.

Deus in loco ſancto ſuo: Deus, qui inhabitare facit vnius moris in domo.

Qui educit vinctos in fortitudine: ſimiliter eos qui exaſperant, qui habitant in ſepulchris.

Deus cùm egredereris in conſpectu populi tui: cùm pertranſires in deſerto.

Terra mota eſt, etenim cęli diſtillauerunt à facie Dei Sinai: à facie Dei Iſraël.

Pluuiam voluntariam ſegregabis Deus hereditati tuæ,& infirmata eſt: tu verò perfeciſti eam.

Animalia tua habitabunt in ea: paraſti in dulcedine tua pauperi, Deus.

Dominus dabit verbum euangelizantibus: virtute

tute

tute multa.

R ex virtutum dilecti dilecti: & speciei domus diuidere spolia.

S i dormiatis inter medios cleros, pēnę columbæ deargētatæ: & posteriora dorsi ei⁹ in pallore auri.

D um discernit cælestis reges super eam, niue dealbabuntur in Selmon: mōs Dei, mons pinguis.

M ons coagulatus, mons pinguis: vt quid suspicamini montes coagulatos?

M ons, in quo beneplacitum est Deo habitare in eo: etenim Dominus habitabit in finem.

C urrus Dei decem millibus multiplex, millia lętantium: Dominus in eis in Sina in sancto.

A scendisti in altum, cepisti captiuitatem: accepisti dona in hominibus.

E tenim non credentes: inhabitare Dominum Deum.

Diuisio.

B Enedictus Dominus die quotidie: prosperū iter faciet nobis Deus salutarium nostrorū.

D eus noster, Deus saluos faciendi: & Domini Domini exitus mortis.

V erumtamen Deus confringet capita inimicorum suorum: verticem capilli perambulantium in delictis suis.

D ixit Dominus, ex Basan conuertam: conuertam in profundum maris.

V t intingatur pes tuus in sanguine: lingua canum tuorum ex inimicis ab ipso.

Viderũt ingressus tuos Deus: ingressus Dei mei, regis mei qui est in sancto.

Præuenerunt principes coniuncti psallentibus: in medio iuuencularum tympanistriarum.

In ecclesijs benedicite Deo Domino: de fontibus Israël.

Ibi Beniamin adolescentulus: in mentis excessu.

Principes Iuda, duces eorum: principes Zabulon, principes Nephthali.

Manda Deus virtuti tuæ: confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis.

A templo tuo in Ierusalem: tibi offerent reges munera.

Increpa feras arundinis, congregatio taurorum in vaccis populorum: vt excludant eos, qui probati sunt argento.

Dissipa gentes, quę bella volunt, veniẽt legati ex Ægypto: Æthiopia præueniet manus eius Deo.

Regna terræ, cantate Deo: psallite Domino.

Psallite Deo, qui ascendit super cælum cæli: ad Orientem.

Ecce dabit voci suæ vocem virtutis, date gloriã Deo super Israël: magnificentia eius, & virtus eius in nubibus.

Mirabilis Deus in sanctis suis, Deus Israël: ipse dabit virtutem & fortitudinem plebi suæ, benedictus Deus.

Antiphona. In Ecclesijs benedicite Dominũ.

Per

Per Annũ, ℣. Benedicite gentes Deum nostrum. ℟. Et auditam facite vocem laudis eius.

In Aduentu, ℣. Egredietur Dominus de loco sancto suo. ℟. Veniet vt saluet populum suum.

In Quadragesima, ℣. Scuto circumdabit te veritas eius. ℟. Non timebis à timore nocturno.

Tempore Passionis, ℣. Ne perdas cum impijs Deus animam meam. ℟. Et cum viris sanguinum vitam meam.

Tempore Paschali, Antiphona. Alleluia, alleluia, alleluia. ℣. Gauisi sunt discipuli, alleluia. ℟. Viso Domino, alleluia.

Pro vno, vel pluribus Martyribus tempore Paschali, ℣. Lætitia sempiterna super capita eorum, alleluia. ℟. Gaudium & exultationem obtinebunt, alleluia.

Pro vno Martyre extra tempus Paschale. ℣. Magna est gloria eius in salutari tuo. ℟. Gloriam & magnum decorem impones super eum.

Pro pluribus Martyribus, ℣. Iusti autem in perpetuum viuent. ℟. Et apud Dominum est merces eorum.

Pro Confessore Pontifice, ℣. Tu es sacerdos in æternum. ℟. Secundùm ordinẽ Melchisedech.

Pro Confes. non Pontif. ℣. Lex Dei eius in corde ipsius. ℟. Et non supplantabuntur gressus eius.

Pro vna Sancta, ℣. Elegit eam Deus, & præelegit eam. ℟. In tabernaculo suo habitare facit eam.

Absolutio. A vinculis.
In Æstate. Benedictio. Ad societatem.
Lectio breuis. *Sap. 1.a.1.*
DIligite iustitiam, qui iudicatis terram: sentite de Domino in bonitate, & in simplicitate cordis quærite illum: quoniam inuenitur ab his, qui non tentant illum: apparet autem eis, qui fidem habent in illum.
℟. bre. In te Domine speraui, Non confundar in æternum. In te. ℣. In iustitia tua libera me, & eripe me. Non. Gloria Patri. In te.
IN SECVNDO NOCTVRNO.
Antiphona. Alleluia.
In Septuagesima, Antiphona. Quærite Dominum. Psalmus 68.
SAluum me fac Deus: quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meam.
Infixus sum in limo profundi: & non est substantia.
Veni in altitudinem maris: & tempestas demersit me.
Laboraui clamans, raucæ factæ sunt fauces meę: defecerunt oculi mei, dum spero in Deum meũ.
Multiplicati sunt super capillos capitis mei: qui oderunt me gratis.
Confortati sunt qui persecuti sunt me inimici mei iniustè: quæ non rapui, tunc exoluebam.
Deus tu scis insipientiam meam: & delicta mea
à te

à te non ſunt abſcondita.

Non erubeſcant in me, qui expectant te Domine: Domine virtutum.

Non confundantur ſuper me: qui quærunt te, Deus Iſraël.

Quoniam propter te ſuſtinui opprobrium: operuit confuſio faciem meam.

Extraneus factus ſum fratribus meis: & peregrinus filijs matris meæ.

Quoniã zelus domus tuæ comedit me: & opprobria exprobrantium tibi, ceciderunt ſuper me.

Et operui in ieiunio animam meam: & factum eſt in opprobrium mihi.

Et poſui veſtimentum meum cilicium: & factus ſum illis in parabolam.

Aduerſum me loquebantur qui ſedebant in porta: & in me pſallebant qui bibebant vinum.

Ego verò orationem meam ad te Domine: tempus beneplaciti Deus.

In multitudine miſericordiæ tuæ exaudi me: in veritate ſalutis tuæ.

Eripe me de luto, vt non infigar: libera me ab ijs qui oderunt me, & de profundis aquarum.

Non me demergat tempeſtas aquæ, neque abſorbeat me profundum: neque vrgeat ſuper me puteus os ſuum.

Diuiſio.

EXaudi me Domine, quoniã benigna eſt miſericordia tua: ſecundùm multitudinem miſera-

ſerationum tuarum reſpice in me.
Et ne auertas faciem tuam à puero tuo: quoniam tribulor, velociter exaudi me.
Intende animæ meæ, & libera eam: propter inimicos meos eripe me.
Tu ſcis improperium meum: & confuſionem meam, & reuerentiam meam.
In conſpectu tuo ſunt omnes qui tribulant me: improperium expectauit cor meum, & miſeriã.
Et ſuſtinui qui ſimul contriſtaretur, & non fuit: & qui conſolaretur, & non inueni.
Et dederunt in eſcam meam fel: & in ſiti mea potauerunt me aceto.
Fiat menſa eorum coram ipſis in laqueum: & in retributiones, & in ſcandalum.
Obſcurentur oculi eorum ne videãt: & dorſum eorum ſemper incurua.
Effunde ſuper eos iram tuam: & furor iræ tuæ comprehendat eos.
Fiat habitatio eorum deſerta: & in tabernaculis eorum non ſit qui inhabitet.
Quoniam quem tu percuſſiſti, perſecuti ſunt: & ſuper dolorem vulnerum meorum addiderunt.
Appone iniquitatem ſuper iniquitatem eorum; & non intrent in iuſtitiam tuam.
Deleantur de libro viuentium: & cum iuſtis non ſcribantur.
Ego ſum pauper & dolens: ſalus tua Deus ſuſcepit

ſcepit me.
Laudabo nomen Dei cum cantico: & magnificabo eum in laude.
Et placebit Deo ſuper vitulum nouellum: cornua producentem & vngulas.
Videant pauperes & lætentur: quærite Deum, & viuet anima veſtra.
Quoniam exaudiuit pauperes Dominus: & vinctos ſuos non deſpexit.
Laudent illum cæli & terra: mare, & omnia reptilia in eis.
Quoniam Deus ſaluam faciet Sion: & ædificabuntur ciuitates Iuda.
Et inhabitabunt ibi: & hereditate acquirent eam.
Et ſemen ſeruorum eius poſſidebit eam: & qui diligunt nomen eius, habitabunt in ea.
Aña. Quærite Dominum, & viuet anima veſtra.
Antiphona. Domine Deus. Pſalmus 69.
DEus in adiutorium meum intende: Domine ad adiuuandum me feſtina.
Confundantur & reuereantur: qui quærunt animam meam.
Auertantur retrorſum, & erubeſcant: qui volunt mihi mala.
Auertantur ſtatim erubeſcentes: qui dicunt mihi, Euge, euge.
Exultent, & lætentur in te omnes qui quærunt

te:& dicant ſemper, Magnificetur Dominus, qui diligunt ſalutare tuum.
Ego verò egen⁹ & pauper ſum: Deus adiuua me.
Adiutor meus, & liberator meus es tu: Domine ne moreris.

Pſalmus 70.

IN te Domine ſperaui, non confundar in æternum: in iuſtitia tua libera me, & eripe me.
Inclina ad me aurem tuam: & ſalua me.
Eſto mihi in Deum protectorem, & in locum munitum: vt ſaluum me facias.
Quoniam firmamentum meum: & refugium meum es tu.
Deus meus eripe me de manu peccatoris: & de manu contra legem agentis, & iniqui.
Quoniam tu es patientia mea Domine: Domine ſpes mea à iuuentute mea.
In te confirmatus ſum ex vtero: de ventre matris meæ tu es protector meus.
In te cãtatio mea ſemper: tamquam prodigium factus ſum multis, & tu adiutor fortis.
Repleatur os meum laude, vt cantem gloriam tuam: tota die magnitudinem tuam.
Ne proijcias me in tempore ſenectutis: cùm defecerit virtus mea, ne derelinquas me.
Quia dixerũt inimici mei mihi: & qui cuſtodiebant animam meam, cõſilium fecerunt in vnũ.
Dicentes, Deus dereliquit eum, perſequimini, & comprehendite eum: quia non eſt qui eripiat.

Deus

Deus ne elongeris à me: Deus meus in auxilium meum reſpice.

Confundantur, & deficiant detrahentes animæ meæ: operiantur confuſione & pudore, qui quęrunt mala mihi.

Ego autem ſemper ſperabo: & adijciam ſuper omnem laudem tuam.

Os meum annunciabit iuſtitiam tuam: tota die ſalutare tuum.

Quoniam non cognoui litteraturam, introibo in potentias Domini: Domine memorabor iuſtitiæ tuæ ſolius.

Deus docuiſti me à iuuẽtute mea: & vſque nunc pronunciabo mirabilia tua.

Et vſque in ſenectam & ſenium: Deus ne derelinquas me.

Donec annunciem brachium tuum: generationi omni quæ ventura eſt.

Potentiā tuā, & iuſtitiam tuā Deus vſq. in altiſſima, quæ feciſti magnalia: Deus, quis ſimilis tibi?

Quantas oſtendiſti mihi tribulationes multas & malas, & conuerſus viuificaſti me: & de abyſſis terræ iterum reduxiſti me.

Multiplicaſti magnificentiam tuam: & conuerſus conſolatus es me.

Nā & ego confitebor tibi in vaſis pſalmi veritatē tuā: Deus pſallā tibi in cithara, ſanctus Iſraël.

Exultabunt labia mea cum cantauero tibi: & anima

anima mea, quam redemiſti.

Sed & lingua mea tota die meditabitur iuſtitiã tuam: cùm confuſi, & reueriti fuerint qui quærunt mala mihi.

Antiphona. Domine Deus in adiutorium meũ intende. Aña Quàm bonus. Pſalmus 71.

DEus iudicium tuum regi da: & iuſtitiam tuam filio regis.

Iudicare populum tuum in iuſtitia: & pauperes tuos in iudicio.

Suſcipiant montes pacem populo: & colles iuſtitiam.

Iudicabit pauperes populi, & ſaluos faciet filios pauperum: & humiliabit calumniatorem.

Et permanebit cum Sole, & ante Lunam: in generationem & generationem.

Deſcendet ſicut pluuia in vellus: & ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram.

Orietur in diebus eius iuſtitia, & abundantia pacis: donec auferatur luna.

Et dominabitur à mari vſque ad mare: & à flumĩne vſque ad terminos orbis terrarum.

Coram illo procident Æthiopes: & inimici eius terram lingent.

Reges Tharſis, & inſulæ munera offerent: reges Arabum, & Saba dona adducent.

Et adorabunt eum omnes reges terræ: omnes gentes ſeruient ei.

Quia

Quia liberabit pauperem à potente: & pauperẽ, cui non erat adiutor.

Parcet pauperi, & inopi: & animas pauperum sal uas faciet.

Ex vsuris, & iniquitate redimet animas eorum: & honorabile nomen eorum coram illo.

Et viuet, & dabitur ei de auro Arabiæ, & adorabunt de ipso semper: tota die benedicent ei.

Et erit firmamentum in terra in summis montium, superextolletur super Libanũ fructus eius: & florebunt de ciuitate sicut fænum terræ.

Sit nomen eius benedictum in sæcula: ante Solem permanet nomen eius.

Et benedicentur in ipso omnes tribus terræ: omnes gentes magnificabunt eum.

Benedictus Dominus Deus Israël: qui facit mirabilia solus.

Et benedictum nomen maiestatis eius in æternum: & replebitur maiestate eius omnis terra, fiat, fiat.

Psalmus 72.

QVàm bonus Israël Deus: his qui recto sunt corde!

Mei autem penè moti sunt pedes: penè effusi sunt gressus mei.

Quia zelaui super iniquos: pacem peccatorum videns.

Quia non est respectus morti eorum: & firmamentum in plaga eorum.

In labore hominum non ſunt: & cum hominibus non flagellabuntur.
Ideo tenuit eos ſuperbia: operti ſunt iniquitate, & impietate ſua.
Prodijt quaſi ex adipe iniquitas eorum: tranſierunt in affectum cordis.
Cogitauerunt, & locuti ſunt nequitiam: iniquitatem in excelſo locuti ſunt.
Poſuerunt in cælum os ſuum: & lingua eorum tranſiuit in terra.
Ideo conuertetur populus meus hic: & dies pleni inuenientur in eis.
Et dixerunt, Quomodo ſcit Deus: & ſi eſt ſcientia in excelſo?
Ecce ipſi peccatores, & abundantes in ſæculo: obtinuerunt diuitias.
Et dixi, Ergo ſine cauſa iuſtificaui cor meum: & laui inter innocentes manus meas.
Et fui flagellatus tota die: & caſtigatio mea in matutinis.
Si dicebam, Narrabo ſic: ecce nationem filiorũ tuorum reprobaui.
Exiſtimabam vt cognoſcerem hoc: labor eſt ante me.
Donec intrem in ſanctuarium Dei: & intelligam in nouiſſimis eorum.
Verumtamen propter dolos poſuiſti eis: deieciſti eos dum alleuarentur.

Quo-

Quomodo facti sunt in desolationẽ, subitò defecerunt: perierunt propter iniquitatem suam.
Velut somnium surgentium Domine: in ciuitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges.
Quia inflammatum est cor meum, & renes mei commutati sunt: & ego ad nihilum redactus sum, & nesciui.
Vt iumentum factus sum apud te: & ego semper tecum.
Tenuisti manum dexteram meã, & in voluntate tua deduxisti me: & cum gloria suscepisti me.
Quid enim mihi est in cælo? & à te quid volui super terram?
Defecit caro mea, & cor meũ: Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum.
Quia ecce, qui elongant se à te peribunt: perdidisti omnes, qui fornicantur abs te.
Mihi autem adhærere Deo bonum est: ponere in Domino Deo spem meam.
Vt annunciem omnes prædicationes tuas: in portis filiæ Sion. Vt quid Deus. 147

Per Annum, Antiphona. Alleluia, alleluia, allel.
In Septuagesima, Aña. Quã bonus Deus Israël.
Capitula, & ℣. vt suprà in ij. Feria.

A D L A V D E S,

Pater noster. Aue Maria.

Antiphona. Ampliùs laua me Domine ab iniustitia mea. Psalmus, Miserere. vt suprà.

Antiphona. A timore. Psalmus 63.

EXaudi Deus orationem meam cum depre- cor: à timore inimici eripe animam meam.

Protexisti me à conuentu malignantium: à multitudine operantium iniquitatem.

Quia exacuerunt vt gladium linguas suas: intenderunt arcum rem amaram, vt sagittent in occultis immaculatum.

Subitò sagittabunt eum, & non timebunt: firmauerunt sibi sermonem nequam.

Narrauerunt vt absconderent laqueos: dixerũt, Quis videbit eos?

Scrutati sunt iniquitates: defecerunt scrutantes scrutinio.

Accedet homo ad cor altũ: & exaltabitur Deus.

Sagittæ paruulorũ factę sunt plagę eorum: & infirmatæ sunt contra eos linguæ eorum.

Conturbati sunt omnes qui videbant eos: & timuit omnis homo.

Et annunciauerunt opera Dei: & facta eius intellexerunt.

Lætabitur iustus in Domino, & sperabit in eo: & laudabuntur omnes recti corde.

Aña. A timore inimici eripe Domine animam meam. Antiphona. Te decet. Psalmus 64.

TE decet hymnus Deus in Sion: & tibi reddetur votum in Ierusalem.

Exaudi orationẽ meã: ad te omnis caro veniet.

Verba iniquorum præualuerunt super nos: & impietatibus nostris tu propitiaberis.
Beatus quem elegisti, & assumpsisti: inhabitabit in atrijs tuis.
Replebimur in bonis domus tuæ: sanctum est templum tuum mirabile in æquitate.
Exaudi nos Deus salutaris noster: spes omnium finium terræ, & in mari longè.
Præparans montes in virtute tua, accinctus potentia: qui conturbas profundum maris, sonum fluctuum eius.
Turbabuntur gentes, & timebunt qui habitant terminos à signis tuis: exitus matutini, & vespere delectabis.
Visitasti terram, & inebriasti eam: multiplicasti locupletare eam.
Flumen Dei repletum est aquis, parasti cibum illorum: quoniam ita est præparatio eius.
Riuos eius inebria, multiplica genimina eius: in stillicidijs eius lætabitur germinans.
Benedices coronæ anni benignitatis tuæ: & campi tui replebuntur vbertate.
Pinguescent speciosa deserti: & exultatione colles accingentur.
Induti sunt arietes ouium, & valles abundabunt frumento: clamabunt, etenim hymnum dicent.
Antiphona. Te decet hymnus Deus in Sion.
Antiphona. Dominus iudicabit.

Canticum Annæ. *1.Reg.2.a.1.*

EXultauit cor meum in Domino: & exaltatum eſt cornu meum in Deo meo.

Dilatatum eſt os meum ſuper inimicos meos: quia lætata ſum in ſalutari tuo.

Non eſt ſanctus, vt eſt Dominus, neq. enim eſt alius extra te: & non eſt fortis ſicut Deus noſter.

Nolite multiplicare loqui ſublimia: gloriantes.

Recedant vetera de ore veſtro, quia Deus ſcientiarum Dñs eſt: & ipſi præparantur cogitationes.

Arcus fortium ſuperatus eſt: & infirmi accincti ſunt robore.

Repleti priùs, pro panibus ſe locauerunt: & famelici ſaturati ſunt.

Donec ſterilis peperit plurimos: & quæ multos habebat filios, infirmata eſt.

Dominus mortificat, & viuificat: deducit ad inferos & reducit.

Dominus pauperem facit & ditat: humiliat & ſubleuat.

Suſcitat de puluere egenum: & de ſtercore eleuat pauperem.

Vt ſedeat cũ principibus: & ſoliũ gloriæ teneat.

Domini enim ſunt cardines terræ: & poſuit ſuper eos orbem.

Pedes ſanctorum ſuorum ſeruabit, & impij in tenebris conticeſcent: quia non in fortitudine ſua roborabitur vir.

Domi-

Dominum formidabunt aduersarij eius: & super ipsos in cælis tonabit.
Dominus iudicabit fines terræ, & dabit imperiũ regi suo: & sublimabit cornu Christi sui.
Aña. Dominus iudicabit fines terræ. Aña. Cæli cælorum laudate Deum. Psalmus. Laudate Dominum de cælis 65. Capitulum *Rom. 13. d. 12.*

NOx præcessit, dies autem appropinquauit: abijciamus ergo opera tenebrarũ, & induamur arma lucis, sicut in die honestè ambulemus.
℟. bre. Sana animam meam, Quia peccaui tibi. Sana. ℣. Ego dixi Domine miserere mei. Quia. ℣. Gloria Patri. Sana. Hymnus.

NOx, & tenebræ, & nubila,
Confusa mundi, & turbida,
(Lux intrat; albescit polus,
Christus venit) discedite.

Caligo terræ scinditur
Percussa solis spiculo,
Rebusq. iam color redit,
Vultu nitentis sideris.

Te Christe solum nouimus,
Te mente pura & simplici,
Flendo, & canendo, quæsumus,
Intende nostris sensibus.

Sunt multa fucis illita,
Quæ luce purgentur tua:
Tu lux Eoi sideris

Vultu ſereno illumina.
Deo Patri ſit gloria,
Eiusq. ſoli Filio,
Cum Spiritu paraclito,
Et nunc, & in perpetuum. Amen.
℣. Repleti ſumus mane miſericordia tua.
℟. Exultauimus & delectati ſumus.
Ad Benedictus, Aña. De manu omnium qui oderunt nos, libera nos Domine.

FERIA V. Ad Matutinum.

Inuitatorium. Dominum qui fecit nos, Venite adoremus. Pſal. Venite. 31. Hymnus.

NOx atra rerum contegit
Terræ colores omnium;
Nos confitentes poſcimus
Te iuſte iudex cordium.
Vt auferas piacula,
Sordesq. mentis abluas;
Donesq. Chriſte gratiam,
Vt arceantur crimina.
Mens ecce torpet impia,
Quam culpa mordet noxia,
Obſcura geſtit tollere,
Et te redemptor quærere.
Repelle tu caliginem
Intrinſecus quam maximè:
Vt in beato gaudeat
Se collocari lumine.

Præſta Pater piiſſime,
Patriq. compar Vnice,
Cum Spiritu paraclito,
Regnans per omne ſæculum. Amen.

IN PRIMO NOCTVRNO.

Antiphona per Annum. Liberaſti virgam.
Tempore Paſchali, Aña. Alleluia. Pſalmus 73.

VT quid Deus repuliſti in finem? iratus eſt furor tuus ſuper oues paſcuæ tuæ.

Memor eſto congregationis tuæ: quam poſſediſti ab initio.

Redemiſti virgam hereditatis tuæ: mons Sion in quo habitaſti in eo.

Leua manus tuas in ſuperbias eorum in finem: quanta malignatus eſt inimicus in ſancto!

Et gloriati ſunt qui oderunt te: in medio ſolemnitatis tuæ.

Poſuerunt ſigna ſua, ſigna: & non cognouerunt, ſicut in exitu ſuper ſummum.

Quaſi in ſylua lignorũ ſecuribus exciderunt ianuas ei⁹ in idipsũ: in ſecuri, & aſcia deiecerũt eá.

Incenderunt igni Sanctuarium tuum: in terra polluerunt tabernaculum nominis tui.

Dixerunt in corde ſuo cognatio eorum ſimul: Quieſcere faciam⁹ omnes dies feſtos Dei à terra.

Signa noſtra non vidimus, iam non eſt propheta: & nos non cognoſcet ampliùs.

Vſquequo Deus improperabit inimicus? irritat

aduersarius nomen tuum in finem.
Vt quid auertis manum tuam, & dexterã tuam: de medio sinu tuo in finem?
Deus autem rex noster ante sæcula: operatus est salutem in medio terræ.
Tu confirmasti in virtute tua mare: contribulasti capita draconum in aquis.
Tu confregisti capita draconis: dedisti eũ escam populis Æthiopum.
Tu dirupisti fontes & torrentes: tu siccasti fluuios Ethan.
Tuus est dies, & tua est nox: tu fabricatus es auroram & solem.
Tu fecisti omnes terminos terræ: æstatem & ver tu plasmasti ea.
Memor esto huius, inimicus improperauit Domino: & populus insipiens incitauit nomen tuũ.
Ne tradas bestijs animas confitentes tibi: & animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem.
Respice in testamentum tuum: quia repleti sunt, qui obscurati sunt, terræ domibus iniquitatum.
Ne auertatur humilis factus confusus: pauper & inops laudabunt nomen tuum.
Exurge Deus, iudica causam tuam: memor esto improperiorum tuorum, eorum quę ab insipiente sunt tota die.
Ne obliuiscaris voces inimicorum tuorum: superbia eorum, qui te oderunt, ascendit semper.

Psalmus 75.

COnfitebimur tibi Deus: confitebimur, & inuocabimus nomen tuum.

Narrabimus mirabilia tua: cùm accepero tempus, ego iustitias iudicabo.

Liquefacta est terra, & omnes qui habitant in ea: ego confirmaui columnas eius.

Dixi iniquis, Nolite iniquè agere: & delinquentibus, Nolite exaltare cornu.

Nolite extollere in altum cornu vestrum: nolite loqui aduersus Deum iniquitatem.

Quia neque ab Oriente, neque ab Occidente, neque à desertis montibus: quoniá Deus iudex est.

Hunc humiliat, & hunc exaltat: quia calix in manu Domini, vini meri plenus mixto.

Et inclinauit ex hoc in hoc, verumtamē fæx eius non est exinanita: bibēt omnes peccatores terræ.

Ego autem annunciabo in sæculum: cantabo Deo Iacob.

Et omnia cornua peccatorum confringam: & exaltabuntur cornua iusti. Notus in Judea 187

Antiphona. Liberasti virgam hereditatis tuæ.

Antiphona. Tu es Deus. Psalmus 76.

VOce mea ad Dominum clamaui: voce mea ad Deum, & intendit mihi.

In die tribulationis meæ Deum exquisiui, manibus meis nocte contra eum: & nō sum deceptus.

Renuit consolari anima mea: memor fui Dei,

& delectatus ſum, & exercitatus ſum, & defecit ſpiritus meus.

Anticipauerunt vigilias oculi mei: turbatus ſum, & non ſum locutus.

Cogitaui dies antiquos: & annos æternos in mente habui.

Et meditatus ſum nocte cum corde meo: & exercitabar, & ſcopebam ſpiritum meum.

Numquid in æternum proijciet Deus? aut non apponet vt complacitior ſit adhuc?

Aut in finem miſericordiam ſuam abſcindet: à generatione in generationem?

Aut obliuiſcetur miſereri Deus? aut continebit in ira ſua miſericordias ſuas?

Et dixi, Nunc cœpi: hæc mutatio dexteræ Excelſi.

Memor fui operum Domini: quia memor ero ab initio mirabilium tuorum.

Et meditabor in omnibus operibus tuis: & in adinuentionibus tuis exercebor.

Deus in ſancto via tua, quis Deus magnus ſicut Deus noſter? tu es Deus, qui facis mirabilia.

Notam feciſti in populis virtutẽ tuã: redemiſti in brachio tuo populum tuũ, filios Iacob & Ioſeph.

Viderunt te aquæ Deus, viderunt te aquæ: & timuerunt, & turbatæ ſunt abyſſi.

Multitudo ſonitus aquarum: vocem dederunt nubes.

Etenim sagittæ tuæ transeunt: vox tonitrui tui in rota.
Illuxerunt coruscationes tuæ orbi terrę: commota est, & contremuit terra.
In mari via tua, & semitæ tuæ in aquis multis: & vestigia tua non cognoscentur.
Deduxisti sicut oues populum tuum: in manu Moysi, & Aaron.
Antiphona. Tu es Deus, qui facis mirabilia.
Antiphona. Inclinate. Psalmus 77.
ATtendite popule meus legem meam: inclinate aurem vestram in verba oris mei.
Aperiam in parabolis os meum: loquar propositiones ab initio.
Quanta audiuimus, & cognouimus ea: & patres nostri narrauerunt nobis.
Non sunt occultata à filijs eorum: in generatione altera.
Narrantes laudes Domini, & virtutes eius: & mirabilia eius quæ fecit.
Et suscitauit testimonium in Iacob: & legem posuit in Israel.
Quanta mandauit patribus nostris nota facere ea filijs suis: vt cognoscat generatio altera.
Filij qui nascentur, & exurgent: & narrabunt filijs suis,
Vt ponant in Deo spem suam, & non obliuiscantur operum Dei: & mandata eius exquirant.

Ne fiant ſicut patres eorum: generatio praua & exaſperans.
Generatio, quæ non direxit cor ſuum: & non eſt creditus cum Deo ſpiritus eius.
Filij Ephrem intendentes, & mittentes arcum: conuerſi ſunt in die belli.
Non cuſtodierunt teſtamentum Dei: & in lege eius noluerunt ambulare.
Et obliti ſunt benefactorum eius: & mirabilium eius quæ oſtendit eis.
Coram patribus eorum fecit mirabilia in terra Ægypti: in campo Taneos.
Interrupit mare, & perduxit eos: & ſtatuit aquas quaſi in vtre.
Et deduxit eos in nube diei: & tota nocte in illuminatione ignis.
Interrupit petram in eremo: & adaquauit eos velut in abyſſo multa.
Et eduxit aquam de petra: & deduxit tamquam flumina aquas.
Et appoſuerunt adhuc peccare ei: in iram excitauerunt Excelſum in inaquoſo.
Et tentauerunt Deum in cordibus ſuis: vt peterent eſcas animabus ſuis.
Et male locuti ſunt de Deo, dixerunt: Numquid poterit Deus parare menſam in deſerto?
Quoniam percuſſit petram, & fluxerunt aquæ: & torrentes inundauerunt.

Numquid & panem poterit dare: aut parare mensam populo suo?
Ideo audiuit Dominus, & distulit: & ignis accensus est in Iacob, & ira ascendit in Israël.
Quia non crediderunt in Deo: nec sperauerunt in salutari eius.
Et mandauit nubibus desuper: & ianuas cæli aperuit.
Et pluit illis manna ad manducãdum: & panem cæli dedit eis.
Panem Angelorum manducauit homo: cibaria misit eis in abundantia.
Transtulit Austrum de cælo: & induxit in virtute sua Africum.
Et pluit super eos sicut puluerem carnes: & sicut arenam maris volatilia pennata.
Et ceciderunt in medio castrorum eorum: circa tabernacula eorum.
Et manducauerunt, & saturati sunt nimis, & desiderium eorum attulit eis: non sunt fraudati à desiderio suo.
Adhuc escæ eorum erant in ore ipsorum: & ira Dei ascendit super eos.
Et occidit pingues eorum: & electos Israël impediuit.
In omnibus his peccauerunt adhuc: & non crediderunt in mirabilibus eius.
Et defecerunt in vanitate dies eorum: & anni eorum

rum cum festinatione.
Cum occideret eos, quærebant eum: & reuertebantur, & diluculo veniebant ad eum.
Et rememorati sunt, quia Deus adiutor est eorū: & Deus excelsus redemptor eorum est. Diuisio.
ET dilexerunt eum in ore suo: & lingua sua mentiti sunt ei.
Cor autem eorum non erat rectum cum eo: nec fideles habiti sunt in testamento eius.
Ipse autem est misericors, & propitius fiet peccatis eorum: & non disperdet eos.
Et abundauit vt auerteret iram suam: & non accendit omnem iram suam.
Et recordatus est quia caro sunt: spiritus vadens, & non rediens.
Quoties exacerbauerunt eum in deserto: in iram concitauerunt eum in inaquoso?
Et conuersi sunt, & tentauerunt Deum: & sanctum Israël exacerbauerunt.
Non sunt recordati manus eius: die qua redemit eos de manu tribulantis!
Sicut posuit in Ægypto signa sua: & prodigia sua in campo Taneos.
Et conuertit in sanguinem flumina eorum: & imbres eorum, ne biberent.
Misit in eos cœnomyiam, & comedit eos: & ranam, & disperdidit eos.
Et dedit ærugini fructus eorum: & labores eorum

rum locuſtæ.

Et occidit in grandine vineas eorum: & moros eorum in pruina.

Et tradidit grandini iumenta eorum: & poſſeſſionem eorum igni.

Miſit in eos iram indignationis ſuæ: indignationem, & iram, & tribulationem, immiſſiones per angelos malos.

Viam fecit ſemitæ iræ ſuę, & non pepercit à morte animabus eorum: & iumenta eorum in morte concluſit.

Et percuſſit omne primogenitum in terra Ægypti: primitias omnis laboris eorum in tabernaculis Cham.

Et abſtulit ſicut oues populum ſuum: & perduxit eos tamquam gregem in deſerto.

Et deduxit eos in ſpe, & non timuerunt: & inimicos eorum operuit mare.

Et induxit eos in montem ſanctificationis ſuæ: montem quem acquiſiuit dextera eius.

Et eiecit à facie eorum gentes: & ſorte diuiſit eis terram in funiculo diſtributionis.

Et habitare fecit in tabernaculis eorum: tribus Iſraël.

Et tentauerunt, & exacerbauerunt Deum excelſum: & teſtimonia eius non cuſtodierunt.

Et auerterunt ſe, & non ſeruauerunt pactum: quemadmodum patres eorum, conuerſi ſunt in

arcum prauum.
In iram concitauerunt eum in collibus ſuis: & in ſculptilib⁹ ſuis ad æmulationē eū prouocauerūt.
Audiuit Deus, & ſpreuit: & ad nihilum redegit valdè Iſraël.
Et repulit tabernaculum Silo: tabernaculum ſuum, vbi habitauit in hominibus.
Et tradidit in captiuitatem virtutem eorum: & pulchritudinem eorum in manus inimici.
Et concluſit in gladio populum ſuum: & hereditatem ſuam ſpreuit.
Iuuenes eorum comedit ignis: & virgines eorum non ſunt lamentatæ.
Sacerdotes eorum in gladio ceciderunt: & viduę eorum non plorabantur.
Et excitatus eſt tamquam dormiens Dominus: tamquam potens crapulatus à vino.
Et percuſſit inimicos ſuos in poſteriora: opprobrium ſempiternum dedit illis.
Et repulit tabernaculum Ioſeph: & tribum Ephraim non elegit.
Sed elegit tribum Iuda: montem Sion quem dilexit.
Et ędificauit ſicut vnicornium ſanctificium ſuū in terra: quam fundauit in ſæcula.
Et elegit Dauid ſeruum ſuum, & ſuſtulit eum de gregibus ouium: de poſt fœtantes accepit eum.
Paſcere Iacob ſeruum ſuum: & Iſraël hereditatem

tem suam.
Et pauit eos in innocentia cordis sui: & in intellectibus manuum suarum deduxit eos.
Antiphona. Inclinate aurem vestram in verba oris mei. Aña. Propitius esto. Psalmus 78.
DEus venerunt gentes in hereditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum: posuerunt Ierusalem in pomorum custodiam.
Posuerũt morticina seruorum tuorũ escas volatilibus cæli: carnes sanctorum tuorũ bestijs terrę.
Effuderũt sanguinem eorum tamquam aquam in circuitu Ierusalem: & non erat qui sepeliret.
Facti sumus opprobrium vicinis nostris: subsannatio & illusio his, qui in circuitu nostro sunt.
Vsquequo Domine irasceris in finem: accendetur velut ignis zelus tuus?
Effunde iram tuam in gentes, quæ te non nouerũt: & in regna, quæ nomẽ tuũ non inuocauerũt.
Quia comederunt Iacob: & locum eius desolauerunt.
Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum, citò anticipent nos misericordiæ tuæ: quia pauperes facti sumus nimis.
Adiuua nos Deus salutaris noster, & propter gloriam nominis tui Domine libera nos: & propitius esto peccatis nostris, propter nomen tuum.
Ne forte dicant in gentibus, Vbi est Deus eorũ? & innotescat in nationibus coram oculis nostris.
Vltio

Vltio sanguinis seruorũ tuorũ, qui effusus est: introeat in conspectu tuo gemitus compeditorum.
Secundùm magnitudinem brachij tui: possidє filios mortificatorum.
Et redde vicinis nostris septuplũ in sinu eorum: improperiũ ipsorũ qđ exprobrauerũt tibi Dñe.
Nos autem populus tuus, & oues pascuæ tuæ: confitebimur tibi in sæculum.
In generationem & generationem: annunciabimus laudem tuam.
Aña. Propitius esto peccatis nostris Domine.
Per Annum, ℣. Deus in sancto via tua. ℞. Quis Deus magnus sicut Deus noster.
In Aduentu, ℣. Ex Sion species decoris eius.
℞. Deus noster manifestè veniet.
In Quadragesi. ℣. Ipse liberauit me de laqueo venantium. ℞. Et à verbo aspero.
Tempore Passionis, ℣. Erue à framea Deus animam meam. ℞. Et de manu canis vnicá meam.
Tempore Paschali, Aña. Alleluia, allel. ℣. Surrexit Dominus de sepulchro, alleluia. ℞. Qui pro nobis pependit in ligno, alleluia.
Pro vno, vel pluribus Martyribus Tempore Paschali, ℣. Sancti & iusti in Dño gaudete, alleluia.
℞. Vos elegit Deus in hereditatem sibi, alleluia.
Pro vno Martyre extra tempus Paschale, ℣. Gloria, & honore coronasti eum Domine. ℞. Et cõstituisti eum super opera manuum tuarum.
Pro

Pro pluribus Martyribus. ℣. Lætamini in Domino, & exultate iusti. ℟. Et gloriamini omnes recti corde.

Pro Confessore Pontifice, & non Pontifice. ℣. Amauit eum Dominus, & ornauit eum. ℟. Stolam gloriæ induit eum.

Pro vna Sancta, ℣. Specie tua, & pulchritudine tua. ℟. Intende, prosperè procede, & regna.

Absolutio. Exaudi. In Æstate. Benedictio. In vnitate. Lectio breuis. *Sap. 3. b. 9.*

QVi confidunt in Domino, intelligent veritatem: & fideles in dilectione acquiescẽt illi: quoniam donum, & pax est electis eius. Tu.

℟. breue. Exultate Deo, Adiutori nostro. Exultate. ℣. Iubilate Deo Iacob. Adiutori. Gloria Patri. Exultate.

IN SECVNDO NOCTVRNO.

Antiphona. Alleluia.

In Septuagesima, Aña. Exultate Deo. Psalm. 79.

QVi regis Israël, intende: qui deducis velut ouem Ioseph.

Qui sedes super Cherubim: manifestare coram Ephraim, Beniamin, & Manasse.

Excita potentiam tuam, & veni: vt saluos facias nos.

Deus conuerte nos: & ostende faciem tuam, & salui erimus.

Domine Deus virtutum: quousque irasceris super

ſuper orationem ſerui tui.
Cibabis nos pane lacrymarum: & potum dabis nobis in lacrymis in menſura.
Poſuiſti nos in contradictionem vicinis noſtris: & inimici noſtri ſubſannauerunt nos.
Deus virtutum conuerte nos: & oſtende faciem tuam, & ſalui erimus.
Vineam de Ægypto tranſtuliſti: eieciſti gentes, & plantaſti eam.
Dux itineris fuiſti in conſpectu eius: plantaſti radices eius, & impleuit terram.
Operuit montes vmbra eius: & arbuſta eius cedros Dei.
Extendit palmites ſuos vſque ad mare: & vſque ad flumen propagines eius.
Vt quid deſtruxiſti maceriam eius: & vindemiãt eam omnes, qui prætergrediuntur viam?
Exterminauit eam aper de ſylua: & ſingularis ferus depaſtus eſt eam.
Deus virtutum conuertere: reſpice de cælo, & vide, & viſita vineam iſtam.
Et perfice eam, quam plantauit dextera tua: & ſuper filium hominis, quem confirmaſti tibi.
Incenſa igni, & ſuffoſſa: ab increpatione vultus tui peribunt.
Fiat manus tua ſuper virum dexteræ tuæ: & ſuper filium hominis, quem confirmaſti tibi.
Et non diſcedimus à te, viuificabis nos: & nomen

men tuum inuocabimus.

Domine Deus virtutum conuerte nos: & ostende faciem tuam, & salui erimus. Psalmus 80.

EXultate Deo adiutori nostro: iubilate Deo Iacob.

Sumite psalmum, & date tympanum: psalteriũ iucundum cum cithara.

Buccinate in Neomenia tuba: in insigni die solemnitatis vestræ.

Quia præceptum in Israël est: & iudicium Deo Iacob.

Testimoniũ in Ioseph posuit illud, cũ exiret de terra Ægypti: linguam quã nõ nouerat, audiuit.

Diuertit ab oneribus dorsum eius: manus eius in cophino seruierunt.

In tribulatione inuocasti me, & liberaui te: exaudiui te in abscõdito tempestatis, probaui te apud aquam contradictionis.

Audi populus meus, & contestabor te: Israël si audieris me, non erit in te deus recens, neque adorabis deum alienum.

Ego enim sum Dñs Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti: dilata os tuum, & implebo illud.

Et non audiuit populus meus vocem meam: & Israël non intendit mihi.

Et dimisi eos secũdùm desideria cordis eorum: ibunt in adinuentionibus suis.

Si populus meus audisset me: Israël si in vijs

meis ambulaſſet.
Pro nihilo forſitan inimicos eorũ humiliaſſem: & ſuper tribulãtes eos miſiſſem manum meam.
Inimici Domini mentiti ſunt ei: & erit tempus eorum in ſæcula.
Et cibauit eos ex adipe frumenti: & de petra, melle ſaturauit eos.
Antiphona. Exultate Deo adiutori noſtro.
Antiphona. Tu ſolus. Pſalmus 81.
DEus ſtetit in ſynagoga deorum: in medio autem deos dijudicat.
Vſquequo iudicatis iniquitatem: & facies peccatorum ſumitis?
Iudicate egeno, & pupillo: humilem, & pauperem iuſtificate.
Eripite pauperem: & egenum de manu peccatoris liberate.
Neſcierunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulant: mouebuntur omnia fundamenta terræ.
Ego dixi, Dij eſtis: & filij Excelſi omnes.
Vos autem ſicut homines moriemini: & ſicut vnus de principibus cadetis.
Surge Deus, iudica terram: quoniam tu hereditabis in omnibus gentibus. Pſalmus 82.
DEus quis ſimilis erit tibi? ne taceas, neque compeſcaris Deus.
Quoniam ecce inimici tui ſonuerunt: & qui oderunt te, extulerunt caput.
Super

Super populum tuum malignauerunt consiliũ: & cogitauerunt aduersus sanctos tuos.

Dixerunt, Venite, & disperdamus eos de gente: & non memoretur nomen Israël vltrà.

Quoniam cogitauerũt vnanimiter: simul aduersum te testamentum disposuerunt, tabernacula Idumæorum, & Ismaelitæ.

Moab, & Agareni, Gebal, & Ammon, & Amalec: alienigenæ cum habitantibus Tyrum.

Etenim Assur venit cum illis: facti sunt in adiutorium filijs Lot.

Fac illis sicut Madian, & Sisaræ: sicut Iabin in torrente Cisson.

Disperierunt in Endor: facti sunt vt stercus terræ.

Pone principes eorum sicut Oreb: & Zeb, & Zebee, & Salmana.

Omnes principes eorum, qui dixerunt: Hereditate possideamus Sanctuarium Dei.

Deus meus pone illos vt rotam: & sicut stipulam ante faciem venti.

Sicut ignis qui comburit siluam: & sicut flamma comburens montes.

Ita persequeris illos in tempestate tua: & in ira tua turbabis eos.

Imple facies eorum ignominia: & quærent nomen tuum Domine.

Erubescant & conturbentur in sæculum sæculi:

& confundantur, & pereant.

Et cognoſcant quia nomen tibi Dominus: tu ſolus Altiſſimus in omni terra.

Antiphona. Tu ſolus Altiſſimus ſuper omnem terram. Antiphona. Benedixiſti. Pſalmus 83.

QVam dilecta tabernacula tua Domine virtutum: concupiſcit, & deficit anima mea in atria Domini.

Cor meum, & caro mea: exultauerunt in Deum viuum.

Etenim paſſer inuenit ſibi domum: & turtur nidum ſibi, vbi ponat pullos ſuos.

Altaria tua Domine virtutum: rex meus, & Deus meus.

Beati qui habitant in domo tua Domine: in ſæcula ſæculorum laudabunt te.

Beatus vir, cuius eſt auxilium abs te: aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit in valle lacrymarum, in loco quem poſuit.

Etenim benedictionem dabit legiſlator, ibũt de virtute in virtutẽ: videbitur Deus deorũ in Sion.

Domine Deus virtutum exaudi orationem meam: auribus percipe Deus Iacob.

Protector noſter aſpice Deus: & reſpice in faciẽ Chriſti tui.

Quia melior eſt dies vna in atrijs tuis: ſuper millia.

Elegi abiectus eſſe in domo Dei mei: magis quã habi-

habitare in tabernaculis peccatorum.
Quia misericordiam, & veritatem diligit Deus: gratiam & gloriam dabit Dominus.
Non priuabit bonis eos, qui ambulant in innocentia: Domine virtutum, beatus homo, qui sperat in te. Psalmus 84.
Benedixisti Domine terram tuam: auertisti captiuitatem Iacob.
Remisisti iniquitatem plebis tuæ: operuisti omnia peccata eorum.
Mitigasti omnem iram tuam: auertisti ab ira indignationis tuæ.
Conuerte nos Deus salutaris noster: & auerte iram tuam à nobis.
Numquid in æternum irasceris nobis? aut extendes iram tuam à generatione in generationem?
Deus tu conuersus viuificabis nos: & plebs tua lætabitur in te.
Ostende nobis Domine misericordiam tuam: & salutare tuum da nobis.
Audiam quid loquatur in me Dominus Deus: quoniam loquetur pacem in plebem suam.
Et super sanctos suos: & in eos, qui conuertuntur ad cor.
Verumtamen propè timentes eum salutare ipsius: vt inhabitet gloria in terra nostra.
Misericordia & veritas obuiauerunt sibi: iustitia & pax osculatæ sunt.

Veritas de terra orta est: & iustitia de cælo prospexit.

Etenim Dominus dabit benignitatem: & terra nostra dabit fructum suum.

Iustitia ante eum ambulabit: & ponet in via gressus suos. Inclina Domine aurem 173

Antiphona per Annum. Alleluia, alleluia, allel.

In Septuagesima, Aña. Benedixisti Domine terram tuam. Capitula & ℣. vt suprà in ij. Feria.

AD LAVDES,

Pater noster. Aue Maria.

Aña. Tibi soli peccaui, Domine miserere mei. Psal. Miserere. 57. Aña. Intret oratio. Psalm. 87.

DOmine Deus salutis meæ: in die clamaui, & nocte coram te.

Intret in conspectu tuo oratio mea: inclina aurem tuam ad precem meam.

Quia repleta est malis anima mea: & vita mea inferno appropinquauit.

Æstimatus sum cũ descendẽtibus in lacũ: factus sũ sicut homo sine adiutorio, ĩter mortuos liber.

Sicut vulnerati dormientes in sepulchris, quorum non es memor amplius: & ipsi de manu tua repulsi sunt.

Posuerunt me in lacu inferiori: in tenebrosis, & in vmbra mortis.

Super me confirmatus est furor tuus: & omnes fluctus tuos induxisti super me.

Longè

Longè fecisti notos meos à me: posuerunt me abominationem sibi.
Traditus sum, & non egrediebar: oculi mei languerunt præ inopia.
Clamaui ad te Domine tota die: expãdi ad te manus meas.
Numquid mortuis facies mirabilia: aut medici suscitabunt, & confitebuntur tibi?
Numquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiam tuam: & veritatem tuam in perditione?
Numquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua: & iustitia tua in terra obliuionis?
Et ego ad te Domine clamaui: & manè oratio mea præueniet te.
Vt quid Domine repellis orationẽ meam: auertis faciem tuam à me?
Pauper sum ego, & in laboribus à iuuẽtute meá: exaltatus autem, humiliatus sum & conturbatus.
In me transierunt iræ tuæ: & terrores tui conturbauerunt me.
Circumdederũt me sicut aqua tota die: circumdederunt me simul.
Elongasti à me amicum & proximum: & notos meos à miseria.
Antiphona. Intret oratio mea in conspectu tuo Domine. Antiphona. Domine. Psalmus 89.
DOmine, refugium factus es nobis: à generatione in generationem.

Priusquam montes fierent, aut formaretur terra & orbis: à sæculo & vsque in sæculũ tu es Deus.
Ne auertas hominem in humilitatem: & dixisti, Conuertimini filij hominum.
Quoniam mille anni ante oculos tuos: tamquam dies hesterna, quæ præterijt.
Et custodia in nocte: quæ pro nihilo habentur, eorum anni erunt.
Manè sicut herba transeat, manè floreat, & transeat: vesperè decidat, induret, & arescat.
Quia defecimus in ira tua: & in furore tuo turbati sumus.
Posuisti iniquitates nostras in conspectu tuo: sæculum nostrum in illuminatione vultus tui.
Quoniam omnes dies nostri defecerunt: & in ira tua defecimus.
Anni nostri sicut aranea meditabuntur: dies annorum nostrorum in ipsis septuaginta anni.
Si autem in potentatibus octoginta anni: & amplius eorum labor & dolor.
Quoniá superuenit mãsuetudo: & corripiemur.
Quis nouit potestatem iræ tuæ: & præ timore tuo iram tuam dinumerare?
Dexteram tuam sic notam fac: & eruditos corde in sapientia.
Conuertere Domine vsquequo? & deprecabilis esto super seruos tuos.
Repleti sumus manè misericordia tua: & exultauimus,

uimus, & delectati sumus omnib⁹ diebus nostris.

Lætati sumus pro diebus, quibus nos humiliasti: annis, quibus vidimus mala.

Respice in seruos tuos, & in opera tua: & dirige filios eorum.

Et sit splendor Domini Dei nostri super nos, & opera manuum nostrarum dirige super nos: & opus manuum nostrarum dirige.

Antiphona. Domine refugium factus es nobis.

Aña. Cantemus. Canticum Moysi *Exod. 15. a. 1.*

CAntemus Dño, gloriosè enim magnificatus est: equũ & ascensorem deiecit in mare.

Fortitudo mea, & laus mea Dominus: & factus est mihi in salutem.

Iste Deus meus, & glorificabo eum: Deus patris mei, & exaltabo eum.

Dominus quasi vir pugnator, omnipotens nomen eius: currus Pharaonis, & exercitum eius proiecit in mare.

Electi principes eius submersi sunt in Mari rubro, abyssi operuerunt eos: descenderunt in profundum quasi lapis.

Dextera tua Dñe magnificata est in fortitudine, dextera tua Dñe percussit inimicum: & in multitudine gloriæ tuæ deposuisti aduersarios tuos.

Misisti iram tuá, quæ deuorauit eos sicut stipulá: & in spiritu furoris tui congregatæ sunt aquę.

Stetit vnda fluens: congregatæ sunt abyssi in

medio

medio mari.

Dixit inimicus, Perſequar, & comprehendam: diuidam ſpolia, implebitur anima mea.

Euaginabo gladium meum: interficiet eos manus mea.

Flauit ſpiritus tuus, & operuit eos mare: ſubmerſi ſunt quaſi plumbum in aquis vehementibus.

Quis ſimilis tui in fortibus Domine? quis ſimilis tui magnificus in ſanctitate, terribilis atq. laudabilis, & faciens mirabilia?

Extendiſti manũ tuã, & deuorauit eos terra: dux fuiſti in miſericordia tua populo quẽ redemiſti.

Et portaſti eum in fortitudine tua: ad habitaculum ſanctum tuum.

Aſcenderunt populi, & irati ſunt: dolores obtinuerunt habitatores Philiſthijm.

Tunc cõturbati ſunt principes Edom, robuſtos Moab obtinuit tremor: obriguerunt omnes habitatores Chanaan.

Irruat ſuper eos formido & pauor: in magnitudine brachij tui.

Fiant immobiles quaſi lapis, donec pertranſeat populus tuus Domine: donec pertranſeat populus tuus iſte quem poſſediſti.

Introduces eos, & plantabis in monte hereditatis tuæ: firmiſſimo habitaculo tuo, quod operatus es Domine.

Sanctuarium tuum Dñe, quod firmauerũt manus

nus tuæ: Dominus regnabit in ęternum & vltra.
Ingressus est enim eques Pharao cum curribus & equitibus eius in mare: & reduxit super eos Dominus aquas maris.
Filij autem Israël ambulauerunt per siccum: in medio eius.
Aña. Cantemus Domino gloriosè. Aña. In sanctis eius laudate Deum. Psalm. Laudate Dominum de cælis. 65. Capitulum. *Rom. 13. d. 12.*
NOx præcessit, dies autem appropinquauit: abijciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis: sicut in die honestè ambulemus. ℞. breu. Sana animam meam, Quia peccaui tibi. Sana. ℣. Ego dixi, Domine miserere mei. Quia. ℣. Gloria Patri. Sana. Hymnus.

LVx ecce surgit aurea,
Pallens fatiscat cæcitas,
Quæ nosmet in præceps diu
Errore traxit deuio.
Hæc lux serenum conferat,
Purosq. nos præstet sibi:
Nihil loquamur subdolum,
Voluamus obscurum nihil.
Sic tota decurrat dies,
Ne lingua mendax, ne manus,
Oculive peccent lubrici,
Ne noxa corpus inquinet.
Speculator adstat desuper,

Qui nos diebus omnibus,
Actusq. nostros prospicit
A luce prima in vesperum.
Deo Patri sit gloria,
Eiusq. soli Filio,
Cum Spiritu paraclito,
Et nunc & in perpetuum. Amen.
℣. Repleti sumus manè misericordia tua.
℟. Exultauimus & delectati sumus.
Ad Benedictus, Aña. In sanctitate seruiamus Domino, & liberabit nos ab inimicis nostris.

FERIA VI. Ad Matutinum.

Inuitatorium. Adoremus Dominum, Quoniam ipse fecit nos. Psalmus. Venite exultemus. vt suprà. 31.

Hymnus.

TV Trinitatis vnitas,
Orbem potenter qui regis,
Attende laudum cantica,
Quæ excubantes psallimus.
Nam lectulo consurgimus
Noctis quieto tempore,
Vt flagitemus vulnerum
A te medelam omnium.
Quo fraude quicquid dæmonum
In noctibus deliquimus,
Abstergat illud cælitus
Tuæ potestas gloriæ.
Ne corpus adsit sordidum,

Nec torpor instet cordium,
Nec criminis contagio
Tepescat ardor spiritus.
Ob hoc redemptor quæsumus,
Reple tuo nos lumine,
Per quod dierum circulis,
Nullis ruamus actibus.
Præsta Pater pijssime,
Patrique compar Vnice,
Cum Spiritu paraclito,
Regnans per omne sæculum. Amen.

IN PRIMO NOCTVRNO.

Antiphona per Annum. Inclina Domine.
Tempore Paschali, Aña. Alleluia. Psalmus 85.

INclina Domine aurem tuam, & exaudi me: quoniam inops, & pauper sum ego.

Custodi animam meam, quoniam sanctus sum: saluũ fac seruũ tuũ, Deus meus, sperantem in te.

Miserere mei Domine, quoniam ad te clamaui tota die: lætifica animam serui tui, quoniam ad te Domine animam meam leuaui.

Quoniam tu Domine suauis & mitis: & multæ misericordiæ omnibus inuocantibus te.

Auribus percipe Domine orationem meam: & intende voci deprecationis meæ.

In die tribulationis meę clamaui ad te: quia exaudisti me.

Non est similis tui in dijs Domine: & non est secundùm

cundùm

cundum opera tua.

O mnes gentes quascumq. fecisti, venient, & adorabunt coram te Domine: & glorificabunt nomen tuum.

Q uoniam magnus es tu, & faciens mirabilia: tu es Deus solus.

D educ me Dñe in via tua, & ingrediar in veritate tua: lætetur cor meũ, vt timeat nomẽ tuum.

C onfitebor tibi Dñe Deus meus in toto corde meo: & glorificabo nomen tuum in æternum.

Q uia misericordia tua magna est super me: & eruisti animam meam ex inferno inferiori.

D eus, iniqui insurrexerunt super me, & synagoga potentium quæsierunt animam meam: & nõ proposuerunt te in conspectu suo.

E t tu Domine Deus miserator & misericors: patiens, & multæ misericordiæ, & verax.

R espice in me, & miserere mei: da imperiũ tuum puero tuo, & saluum fac filium ancillæ tuæ.

F ac mecum signum in bonum, vt videant, qui oderunt me, & confundantur: quoniam tu Domine adiuuisti me, & consolatus es me. Psal. 86.

F Vndamenta eius in montibus sanctis: diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob.

G loriosa dicta sunt de te: ciuitas Dei.

M emor ero Raab & Babylonis: scientium me.

E cce alienigenæ, & Tyrus, & populus Æthiopum:

pum: hi fuerunt illic.
Numquid Sion dicet, Homo, & homo natus eſt in ea: & ipſe fundauit eam Altiſſimus?
Dominus narrabit in ſcripturis populorum, & principum: horum, qui fuerunt in ea.
Sicut lætantium omnium: habitatio eſt in te.
Antiphona. Inclina Domine aurẽ tuam & exaudi me. Antiphona. Benedictus. Pſalmus 88.

Miſericordias Domini: in æternum cantabo.
In generationem & generationem: annunciabo veritatem tuam in ore meo.
Quoniam dixiſti, In æternum miſericordia ædificabitur in cælis: præparabitur veritas tua in eis.
Diſpoſui teſtamentũ electis meis, iuraui Dauid ſeruo meo: vſq. in æternũ præparabo ſemen tuũ.
Et ædificabo in generationẽ & generationem: ſedem tuam.
Confitebuntur cæli mirabilia tua Domine: etenim veritatem tuam in eccleſia ſanctorum.
Quoniam quis in nubibus æquabitur Domino: ſimilis erit Deo in filijs Dei?
Deus, qui glorificatur in conſilio ſanctorũ: magnus & terribilis ſuper oẽs, q̃ in circuitu eius sũt.
Domine Deus virtutum quis ſimilis tibi? potens es Domine, & veritas tua in circuitu tuo.
Tu dominaris poteſtati maris: motum autem fluctuum eius tu mitigas.

Tu humiliaſti ſicut vulneratum, ſuperbum: in brachio virtutis tuæ diſperſiſti inimicos tuos.

Tui ſunt cæli, & tua eſt terra, orbem terræ & plenitudinem eius tu fundaſti: Aquilonem, & mare tu creaſti.

Thabor & Hermon in nomine tuo exultabunt: tuum brachium cum potentia.

Firmetur manus tua, & exaltetur dextera tua: iuſtitia & iudicium præparatio ſedis tuæ.

Miſericordia & veritas præcedent faciem tuam: beatus populus, qui ſcit iubilationem.

Domine, in lumine vultus tui ambulabunt, & in nomine tuo exultabunt tota die: & in iuſtitia tua exaltabuntur.

Quoniam gloria virtutis eorum tu es: & in beneplacito tuo exaltabitur cornu noſtrum.

Quia Domini eſt aſſumptio noſtra: & ſancti Iſraël Regis noſtri.

Diuiſio.

TVnc locutus es in viſione ſanctis tuis, & dixiſti: Poſui adiutorium in potente, & exaltaui electum de plebe mea.

Inueni Dauid ſeruum meum: oleo ſancto meo vnxi eum.

Manus enim mea auxiliabitur ei: & brachium meum confortabit eum.

Nihil proficiet inimicus in eo: & filius iniquitatis non apponet nocere ei.

Et concidam à facie ipſius inimicos eius: & odientes

tes eum in fugam conuertam.
Et veritas mea, & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius.
Et ponam in mari manum eius: & in fluminibus dexteram eius.
Ipse inuocabit me, Pater meus es tu: Deus meus & susceptor salutis meæ.
Et ego primogenitum ponam illum: excelsum præ regibus terræ.
In æternum seruabo illi misericordiam meam: & testamentum meum fidele ipsi.
Et ponam in sæculum sæculi semen eius: & thronum eius sicut dies cæli.
Si autem dereliquerint filij eius legem meam: & in iudicijs meis non ambulauerint.
Si iustitias meas profanauerint: & mandata mea non custodierint.
Visitabo in virga iniquitates eorum: & in verberibus peccata eorum.
Misericordiam autem meam non dispergam ab eo: neque nocebo in veritate mea.
Neque profanabo testamentum meum: & quæ procedunt de labijs meis, non faciam irrita.
Semel iuraui in sancto meo, si Dauid mentiar: semen eius in æternum manebit.
Et thronus eius sicut sol in cõspectu meo: & sicut luna perfecta in æternum, & testis in cælo fidelis.
Tu vero repulisti & despexisti: distulisti Chri-

ſtum tuum.

Euertiſti teſtamentum ſerui tui: profanaſti in terra Sanctuarium eius.

Deſtruxiſti omnes ſepes eius: poſuiſti firmamentum eius formidinem.

Diripuerunt eum omnes tranſeuntes viam: factus eſt opprobrium vicinis ſuis.

Exaltaſti dexteram deprimentium eum: lętificaſti omnes inimicos eius.

Auertiſti adiutorium gladij eius: & non es auxiliatus ei in bello.

Deſtruxiſti eum ab emundatione: & ſedem eius in terram colliſiſti.

Minoraſti dies temporis eius: perfudiſti eum confuſione.

Vſquequo Domine auertis in finem: exardeſcet ſicut ignis ira tua?

Memorare quæ mea ſubſtantia: numquid enim vanè conſtituiſti omnes filios hominum?

Quis eſt homo qui viuet, & nō videbit mortem: eruet animam ſuam de manu inferi?

Vbi ſunt miſericordiæ tuæ antiquæ Domine: ſicut iuraſti Dauid in veritate tua?

Memor eſto Dn̄e opprobrij ſeruorum tuorū: quod continui in ſinu meo, multarum gentium.

Quod exprobrauerunt inimici tui Dn̄e: quod exprobrauerunt commutationem Chriſti tui.

Benedictus Dominus in æternum: fiat, fiat.

Domine refugium. 167. | Qui habitat. 291. | Anti-

Antiphona. Benedictus Dominus in æternum.
Antiphona. Exaltare.

Sequens Psal. Dñs regnauit. hic prętermittitur. quando dr̃ in Laudibus, & eius loco dicitur Psal. Notus in Iudęa. vt infrà in Laudib. 187. Psal. 92.

DOminus regnauit, decorẽ indutus est: indutus est Dñs fortitudinem, & præcinxit se.
Etenim firmauit orbem terræ: qui non commouebitur.
Parata sedes tua ex tunc: à sæculo tu es.
Eleuauerunt flumina Domine: eleuauerunt flumina vocem suam.
Eleuauerunt flumina fluctus suos: à vocibus aquarum multarum.
Mirabiles elationes maris: mirabilis in altis Dominus.
Testimonia tua credibilia facta sunt nimis: domum tuam decet sanctitudo Domine in longitudinem dierum.

Psalmus 93.

DEus vltionum Dominus: Deus vltionum liberè egit.
Exaltare qui iudicas terram: redde retributionem superbis.
Vsquequo peccatores Domine: vsquequo peccatores gloriabuntur?
Effabuntur, & loquentur iniquitatem: loquentur omnes, qui operantur iniustitiam?
Populum tuum Domine humiliauerũt: & here

ditatem tuam vexauerunt.
Viduam, & aduenam interfecerunt: & pupillos occiderunt.
Et dixerunt, Non videbit Dominus: nec intelliget Deus Iacob.
Intelligite insipientes in populo: & stulti aliquando sapite.
Qui plantauit aurem, non audiet: aut qui finxit oculum, non considerat?
Qui corripit gentes, non arguet: qui docet hominem scientiam?
Dominus scit cogitationes hominum: quoniam vanæ sunt.
Beatus homo, quem tu erudieris Domine: & de lege tua docueris eum.
Vt mitiges ei à diebus malis: donec fodiatur peccatori fouea.
Quia non repellet Dominus plebem suam: & hereditatem suam non derelinquet.
Quoadusque iustitia conuertatur in iudicium: & qui iuxta illam, omnes qui recto sunt corde.
Quis consurget mihi aduersus malignantes? aut quis stabit mecũ aduersus operantes iniquitaté?
Nisi quia Dominus adiuuit me: paulo minũs habitasset in inferno anima mea.
Si dicebam, Motus est pes meus: misericordia tua Domine adiuuabat me.
Secũdùm multitudiné dolorũ meorũ in corde meo:

meo: cõſolationes tuę lętificauerũt animã meã.
N umquid adhæret tibi ſedes iniquitatis: qui fingis laborem in præcepto?
C aptabunt in animam iuſti: & ſanguinem innocentem condemnabunt.
E t factus eſt mihi Dominus in refugium: & Deus meus in adiutorium ſpei meæ.
E t reddet illis iniquitatem ipſorum, & in malitia eorum diſperdet eos: diſperdet illos Dominus Deus noſter. Venite exultemus Domino 31

Antiphona. Exaltare qui iudicas terram. Cantate 182

Per Annum. ℣. Intret oratio mea in cõſpectu tuo Dñe. ℟. Inclina aurem tuam ad precem meam.

In Aduentu. ℣. Emitte Agnũ Dñe dominatorẽ terræ. ℟. De petra deſerti ad mõtẽ filiæ Sion.

In Quadrag. ℣. Scapulis ſuis obumbrabit tibi. ℟. Et ſub pennis eius ſperabis.

Tempore Paſſionis, ℣. De ore leonis libera me Dñe. ℟. Et à cornibꝰ vnicorniũ humilitatẽ meã.

Tempore Paſchali, Antiphona. Alleluia, alleluia, alleluia. ℣. Surrexit Dominus verè, alleluia. ℟. Et apparuit Simoni, alleluia.

Pro vno, vel pluribus Martyribus tempore Paſchali, ℣. Lux perpetua lucebit ſanctis tuis Domine, alleluia. ℟. Et æternitas temporũ, alleluia.

Pro vno Martyre extra tempus Paſchale, ℣. Poſuiſti Domine ſuper caput eius.
℟. Coronam de lapide pretioſo.

Pro pluribus Martyribus extra tempus Paschale, ℣. Exultent iusti in conspectu Dei. ℟. Et delectentur in lætitia.
Pro Confessore Pōtifice, ℣. Elegit eũ Dñs sacerdotẽ sibi. ℟. Ad sacrificandũ ei hostiam laudis.
Pro Confes. non Pontif. ℣. Os iusti meditabitur sapientiam. ℟. Et lingua eius loquetur iudiciũ.
Pro vna Sancta, ℣. Adiuuabit eam Deus vultu suo. ℟. Deus in medio eius, nõ commouebitur.
Absolutio. Ipsius pietas.
In Æstate. Benedictio. A cunctis.

Lectio breuis. *Sap. c. 1. b. 6.*

BEnignus est enim Spiritus sapientiæ, & non liberabit maledicum à labijs suis, quoniá renum illius. testis est Deus, & cordis illi⁹ scrutator est verus, & linguæ eius auditor. Quoniá spiritus Domini repleuit orbem terrarum: & hoc quod continet omnia, scientiam habet vocis. ℟. br. Misericordias tuas Domine, In æternum cantabo. Misericordias. ℣. In generatione & progenie. In æternum. Gloria Patri. Misericordias.

IN SECVNDO NOCTVRNO.

Per Annum, Antiphona. Alleluia.
In Septuagesima, Antiphona. Cantate. Psal. 95.

CAntate Domino canticum nouum: cantate Domino omnis terra.
Cantate Domino, & benedicite nomini eius: annuntiate de die in diem salutare eius.

Annun-

Annunciate inter gentes gloriam eius: in omnibus populis mirabilia eius.

Quoniam magnus Dominus, & laudabilis nimis: terribilis est super omnes Deos.

Quoniam omnes dij gentium dæmonia: Dominus autem cælos fecit.

Cõfessio & pulchritudo in cõspectu eius: sanctimonia, & magnificentia in sanctificatione eius.

Afferte Dño patrię gentiũ, afferte Dño gloriã & honorem: afferte Domino gloriam nomini eius.

Tollite hostias, & introite in atria eius: adorate Dominum in atrio sancto eius.

Commoueatur à facie eius vniuersa terra: dicite in gentibus, quia Dominus regnauit.

Etenim correxit orbem terræ, qui non commouebitur: iudicabit populos in æquitate.

Lætentur cæli, & exultet terra, commoueatur mare, & plenitudo eius: gaudebunt campi, & omnia quæ in eis sunt.

Tunc exultabunt omnia ligna syluarum à facie Dñi, quia venit: quoniam venit iudicare terram.

Iudicabit orbem terræ in æquitate: & populos in veritate sua.

Psalmus 96.

Dominus regnauit exultet terra: lætentur insulæ multæ.

Nubes & caligo in circuitu eius: iustitia & iudicium correctio sedis eius.

Ignis ante ipsum præcedet: & inflammabit in

circuitu inimicos eius.

I lluxerunt fulgura eius orbi terræ: vidit, & commota est terra.

M ontes, sicut cera fluxerunt à facie Domini: à facie Domini omnis terra.

A nnunciauerunt cæli iustitiam eius: & viderunt omnes populi gloriam eius.

C onfundantur omnes, qui adorant sculptilia: & qui gloriantur in simulacris suis.

A dorate eum omnes Angeli eius: audiuit, & læta est Sion.

E t exultauerunt filiæ Iudæ: propter iudicia tua Domine.

Q uoniam tu Dominus altissimus super omnem terram: nimis exaltatus es super omnes deos.

Q ui diligitis Dominum, odite malum: custodit Dominus animas sanctorum suorum, de manu peccatoris liberabit eos.

L ux orta est iusto: & rectis corde lætitia.

L ætamini iusti in Domino: & confitemini memoriæ sanctificationis eius.

Antiphona. Cantate Domino, & benedicite nomini eius. Antiph. Quia mirabilia. Psalmus 97.

C Antate Domino canticum nouum: quia mirabilia fecit.

S aluauit sibi dextera eius: & brachiũ sanctũ eius.

N otum fecit Dominus salutare suum: in conspectu gentium reuelauit iustitiam suam.

R ecor-

Recordatus eſt miſericordiæ ſuæ: & veritatis ſuæ domui Iſraël.
Viderunt omnes termini terræ: ſalutare Dei noſtri.
Iubilate Deo omnis terra: cantate, & exultate, & pſallite.
Pſallite Domino in cithara, in cithara & voce pſalmi: in tubis ductilibus, & voce tubæ corneæ.
Iubilate in conſpectu regis Dñi: moueatur mare & plenitudo eius, orbis terrarũ, & q habitãt in eo.
Flumina plaudent manu, ſimul montes exultabũt à cõſpectu Dñi: quoniã venit iudicare terrã.
Iudicabit orbem terrarum in iuſtitia: & populos in æquitate.

Pſalmus 98.

DOminus regnauit, iraſcantur populi: qui ſedet ſuper Cherubim, moueatur terra.
Dominus in Sion magnus: & excelſus ſuper omnes populos.
Confiteantur nomini tuo magno, quoniã terribile & ſanctum eſt: & honor regis iudiciũ diligit.
Tu paraſti directiones: iudicium & iuſtitiam in Iacob tu feciſti.
Exaltate Dominum Deum noſtrum, & adorate ſcabellum pedum eius: quoniam ſanctum eſt.
Moyſes & Aaron in ſacerdotibus eius: & Samuel inter eos, qui inuocant nomen eius.
Inuocabant Dominum, & ipſe exaudiebat eos: in columna nubis loquebatur ad eos.

Cuſto-

Custodiebant testimonia eius: & præceptum quod dedit illis.
Domine Deus noster tu exaudiebas eos: Deus tu propitius fuisti eis, & vlciscens in omnes adinuẽtiones eorum.
Exaltate Dñm Deũ nostrũ, & adorate in monte sancto eius: qm̃ sanctus Dominus Deus noster.
Antiphona. Quia mirabilia fecit Dominus.
Sequens Aña, & Psal. Iubilate, hic prætermittit, quando dicitur in Laudibus, & eius loco dicitur Aña, & Psal. Bonum est confiteri Dño. vt infrà in Laudibus. 188. Aña. Iubilate. Psalmus 99.
IVbilate Deo omnis terra: seruite Domino in lætitia.
Introite in conspectu eius: in exultatione.
Scitote quoniam Dominus ipse est Deus: ipse fecit nos, & non ipsi nos.
Populus eius, & oues pascuæ eius: introite portas eius in confessione, atria eius in hymnis, confitemini illi.
Laudate nomen eius, qm̃ suauis est Dñs, in æternum misericordia eius: & vsq. in generationem & generationem veritas eius. Psalmus 100.
MIsericordiã & iudicium: cãtabo tibi Dñe.
Psallam, & intelligam in via immaculata: quando venies ad me.
Perambulabam in innocentia cordis mei: in medio domus meæ.
Non

Non proponebam ante oculos meos rem iniustam: facientes præuaricationes odiui.

Non adhæsit mihi cor prauum: declinantem à me malignum non cognoscebam.

Detrahentem secretò proximo suo: hunc persequebar.

Superbo oculo, & insatiabili corde: cum hoc non edebam.

Oculi mei ad fideles terræ, vt sedeant mecũ: ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat.

Non habitabit in medio domus meæ qui facit superbiam: qui loquitur iniqua, non direxit in conspectu oculorum meorum.

In matutino interficiebam omnes peccatores terræ: vt disperderem de ciuitate Domini omnes operantes iniquitatem. Domine exaudi orationem 194

Per Annum, Antiphona. Alleluia, alleluia, allel.

In Septuagesima, Antiphona. Iubilate Deo omnis terra. vel Antiphona. Bonum est confiteri Domino. Capitula, & ℣. vt suprà in ij. Feria.

AD LAVDES.

Pater noster. Aue Maria.

Antiphona. Spiritu principali. Psalmus. Miserere mei Deus. 57. Antiphona. Spiritu principali confirma cor meum Deus. Antiphona. In Israël. Psalmus 75.

NOtus in Iudæa Deus: in Israël magnum nomen eius.

Et factus est in pace locus eius: & habitatio eius in Sion.
Ibi cõfregit potentias arcuum: scutum, gladium, & bellum.
Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis: turbati sunt omnes insipientes corde.
Dormierunt somnum suum: & nihil inuenerũt omnes viri diuitiarum in manibus suis.
Ab increpatione tua Deus Iacob: dormitauerunt qui ascenderunt equos.
Tu terribilis es, & quis resistet tibi? ex tũc ira tua.
De cælo auditum fecisti iudicium: terra tremuit, & quieuit.
Cùm exurgeret in iudicium Deus: vt saluos faceret omnes mansuetos terræ.
Quoniam cogitatio hominis confitebitur tibi: & reliquiæ cogitationis diem festum agent tibi.
Vouete, & reddite Domino Deo vestro: omnes qui in circuitu eius affertis munera.
Terribili, & ei qui aufert spiritum principum: terribili apud reges terræ.
Antiphona. In Israël magnum nomen eius.
Antiphona. Bonum est. Psalmus 91.
BOnum est confiteri Domino: & psallere nomini tuo Altissime.
Ad annuntiandum manè misericordiam tuam: & veritatem tuam per noctem.
In decachordo psalterio: cum cãtico, in cithara.
Quia

Quia delectasti me Domine in factura tua: & in operibus manuum tuarum exultabo.

Quàm magnificata ſunt opera tua Domine: nimis profundæ factæ ſunt cogitationes tuæ.

Vir inſipiens non cognoſcet: & ſtultus non intelliget hæc.

Cùm exorti fuerint peccatores ſicut fœnum: & apparuerint omnes qui operantur iniquitatem.

Vt intereant in ſæculum ſæculi: tu autem Altiſſimus in æternum Domine.

Quoniam ecce inimici tui Domine, quoniam ecce inimici tui peribunt: & diſpergentur omnes qui operantur iniquitatem.

Et exaltabitur ſicut vnicornis cornu meum: & ſenectus mea in miſericordia vberi.

Et deſpexit oculus meus inimicos meos: & in inſurgentib⁹ in me malignātibus audiet auris mea.

Iuſtus vt palma florebit: ſicut cedrus Libani multiplicabitur.

Plantati in domo Domini: in atrijs domus Dei noſtri florebunt.

Adhuc multiplicabuntur in ſenecta vberi: & bene patientes erunt, vt annuntient.

Quoniam rectus Dn̄s Deus noſter: & nō eſt iniquitas in eo. Añ. Bonum eſt confiteri Domino.

Antiph. Dn̄e. Canticum Habacuc. *Cap. 3. a. 2.*

Domine audiui auditionem tuam: & timui.

Domine opus tuum: in medio annorum viuifica

viuifica illud.
In medio annorum notum facies:cum iratus fueris,misericordiæ recordaberis.
Deus ab Austro veniet: & sanctus de monte Pharan.
Operuit cælos gloria eius: & laudis eius plena est terra.
Splẽdor eius vt lux erit: cornua in manibus eius.
Ibi abscondita est fortitudo eius: ante faciem eius ibit mors.
Et egredietur diabolus ante pedes eius: stetit, & mensus est terram.
Aspexit,& dissoluit gentes: & contriti sunt montes sæculi.
Incuruati sunt colles mundi: ab itineribus æternitatis eius.
* Pro iniquitate vidi tentoria Æthiopiæ: turbabuntur pelles terræ Madian.
Numquid in fluminibus irat⁹ es Dñe?aut in fluminibus furor tuus? vel in mari indignatio tua?
Qui ascendes super equos tuos: & quadrigæ tuæ saluatio.
Suscitans suscitabis arcum tuum: iuramenta tribubus,quæ locutus es.
Fluuios scindes terræ, viderunt te,& doluerunt montes:gurges aquarum transijt.
Dedit abyssus vocem suam:altitudo manus suas leuauit.
Sol,

Sol, & luna steterũt ĩ habitaculo suo: ĩ luce sagittarũ tuarũ ibũt, in splẽdore fulgurãtis hastę tuæ.

In fremitu conculcabis terram: & in furore obstupefacies gentes.

* Egressus es in salutem populi tui: in salutem cum Christo tuo.

Percussisti caput de domo impij: denudasti fundamentum eius vsque ad collum.

Maledixisti sceptris eius, capiti bellatorum eius: venientibus vt turbo ad dispergendum me.

Exultatio eorum: sicut eius qui deuorat pauperem in abscondito.

Viam fecisti in mari equis tuis: in luto aquarum multarum.

Audiui, & conturbatus est venter meus: à voce contremuerunt labia mea.

Ingrediatur putredo in ossibus meis: & subter me scateat.

Vt requiescam in die tribulationis: vt ascendam ad populum accinctum nostrum.

Ficus enim non florebit: & non erit germen in vineis.

Mentietur opus oliuæ: & arua nõ afferent cibũ.

Abscindetur de ouili pecus: & non erit armentum in præsepibus.

Ego autem in Domino gaudebo: & exultabo in Deo Iesu meo.

Deus Dominus fortitudo mea: & ponet pedes

meos quaſi ceruorum.
Et ſuper excelſa mea deducet me victor: in pſalmis canentem.
Aña. Domine audiui auditum tuum, & timui.
Aña. In tympano & choro, in chordis & organo laudate Deum. Pſalmus. Laudate Dominum de cælis. 65.

Capitulum. *Rom. 13. d. 12.*

NOx præceſſit, dies autē appropinquauit: abijciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis: ſicut in die honeſte ambulemus.
℟. brẹ. Sana animam meam, Quia peccaui tibi. Sana. ℣. Ego dixi Domine miſerere mei. Quia. ℣. Gloria Patri. Sana.

Hymnus.

ÆTerna cæli gloria,
Beata ſpes mortalium,
Celſi tonantis Vnice,
Caſtæq. proles Virginis.
Da dexteram ſurgentibus,
Exurgat & mens ſobria,
Flagrans & in laudem Dei
Grates rependat debitas.
Ortus refulget lucifer,
Sparſamq. lucem nuntiat,
Cadit caligo noctium;
Lux ſancta nos illuminet.
Manensq. noſtris ſenſibus,
Noctem repellat ſæculi;
Omniq. fine diei

Purgata

Purgata seruet pectora.
Quæsita iam primùm fides
Radicet altis sensibus;
Fecunda spes congaudeat,
Qua maior extat charitas.
Deo Patri sit gloria,
Eiusq. soli Filio,
Cum Spiritu paraclito,
Et nunc & in perpetuum. Amen.
℣. Repleti sumus manè misericordia tua.
℟. Exultauimus, & delectati sumus.
Ad Benedictus, Aña. Per viscera misericordiæ Dei nostri visitauit nos oriens ex alto.

SABBATO. Ad Matutinum.

Inuitatorium. Dominum Deum nostrũ, Venite adoremus. Psal. Venite exultemus. 31. Hymnus.

SVmmæ Deus clementiæ,
Mundiq. factor machinæ,
Vnus potentialiter,
Trinusq. personaliter.
Nostros pius cum canticis
Fletus benignè suscipe;
Quo corde puro sordibus
Te perfruamur largius.
Lumbos, iecurq. morbidum
Adure igni congruo;
Accincti vt sint perpetim,
Luxu remoto pessimo.

Vt quique horas noctium
Nunc concinendo rumpimus,
Donis beatæ patriæ
Ditemur omnes affatim.
Præsta Pater pijssime,
Patriq. compar Vnice,
Cum Spiritu paraclito,
Regnans per omne sæculum. Amen.

IN PRIMO NOCTVRNO.

Per Annum, Antiphona. Clamor meus.
Tempore Pasch. Aña. Alleluia. Psalmus 101.

DOmine exaudi orationem meam: & clamor meus ad te veniat.
Non auertas faciem tuam à me: in quacumque die tribulor, inclina ad me aurem tuam.
In quacumque die inuocauero te: velociter exaudi me.
Quia defecerunt sicut fumus dies mei: & ossa mea sicut cremium aruerunt.
Percussus sum vt fœnum, & aruit cor meum: quia oblitus sum comedere panem meum.
A voce gemitus mei: adhæsit os meũ carni meæ.
Similis factus sum pellicano solitudinis: factus sum sicut nycticorax in domicilio.
Vigilaui: & factus sum sicut passer solitarius in tecto.
Tota die exprobrabant mihi inimici mei: & qui laudabant me, aduersùm me iurabant.

Quia cinerem tamquàm panem manducabam: & potum meum cum fletu miſcebam.

A facie iræ & indignationis tuæ: quia eleuans alliſiſti me.

Dies mei ſicut vmbra declinauerunt: & ego ſicut fœnum arui.

Tu autem Domine in æternũ permanes: & memoriale tuum in generatione & generationem.

Tu exurgens miſereberis Sion: quia tempus miſerendi eius, quia venit tempus.

Quoniam placuerunt ſeruis tuis lapides eius: & terræ eius miſerebuntur.

Et timebunt gentes nomen tuum Domine: & omnes reges terræ gloriam tuam.

Quia ædificauit Dominus Sion: & videbitur in gloria ſua.

Reſpexit in orationem humilium: & non ſpreuit precem eorum.

Scribantur hæc in generatione altera: & populus qui creabitur, laudabit Dominum.

Quia proſpexit de excelſo ſancto ſuo: Dominus de cælo in terram aſpexit.

Vt audiret gemitus compeditorum: vt ſolueret filios interemptorum.

Vt annuncient in Sion nomen Domini: & laudem eius in Ieruſalem.

In conueniendo populos in vnum: & reges vt ſeruiant Domino.

Respondit ei in via virtutis suæ: paucitatem dierum meorum nuntia mihi.

Ne reuoces me in dimidio dierum meorum: in generationem & generationem anni tui.

Initio tu Domine terram fundasti: & opera manuum tuarum sunt cæli.

Ipsi peribunt, tu autem permanes: & omnes sicut vestimentum veterascent.

Et sicut opertorium mutabis eos, & mutabũtur: tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient.

Filij seruorum tuorum habitabunt: & semen eorum in sæculum dirigetur.

Psalmus 102.

Benedic anima mea Domino: & omnia, quæ intra me sunt nomini sancto eius.

Benedic anima mea Domino: & noli obliuisci omnes retributiones eius.

Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis: qui sanat omnes infirmitates tuas.

Qui redimit de interitu vitam tuam: qui coronat te in misericordia & miserationibus.

Qui replet in bonis desiderium tuum: renouabitur vt aquilæ iuuentus tua.

Faciens misericordias Dominus: & iudicium omnibus iniuriam patientibus.

Notas fecit vias suas Moysi: filijs Israël voluntates suas.

Miserator, & misericors Dominus: longanimis, & multum misericors.

Non in perpetuum irascetur: neque in æternum comminabitur.
Non secundùm peccata nostra fecit nobis: neq. secundùm iniquitates nostras retribuit nobis.
Quoniam secundùm altitudinē cęli à terra: corroborauit misericordiam suam super timētes se.
Quantum distat Ortus ab Occidente: longe fecit à nobis iniquitates nostras.
Quomodo miseretur pater filiorum, misertus est Dominus timentibus se: quoniam ipse cognouit figmentum nostrum.
Recordatus est quoniam puluis sumus: homo sicut fœnū dies eius, tāquā flos agri sic efflorebit.
Quoniam spiritus pertransibit in illo, & nō subsistet: & non cognoscet ampliùs locum suum.
Misericordia autem Domini ab æterno: & vsq. in æternum super timentes eum.
Et iustitia illius in filios filiorum: his qui seruant testamentum eius.
Et memores sunt mandatorum ipsius: ad faciendum ea.
Dominus in cælo parauit sedem suam: & regnū ipsius omnibus dominabitur.
Benedicite Domino omnes Angeli eius: potentes virtute, facientes verbum illius, ad audiēdam vocem sermonum eius.
Benedicite Domino omnes virtutes eius: ministri eius, qui facitis voluntatem eius.

Benedicite Domino omnia opera eius: in omni loco dominationis eius, benedic anima mea Domino. Antiphona. Clamor meus ad te veniat Deus. Antiphona. Benedic. Pſalmus 103.

Benedic anima mea Domino: Domine Deus meus magnificatus es vehementer.

Confeſſionem & decorem induiſti: amictus lumine ſicut veſtimento.

Extendens cælum ſicut pellem: qui tegis aquis ſuperiora eius.

Qui ponis nubem aſcenſum tuum: qui ambulas ſuper pennas ventorum.

Qui facis Angelos tuos, ſpiritus: & miniſtros tuos ignem vrentem.

Qui fundaſti terram ſuper ſtabilitatem ſuam: non inclinabitur in ſæculum ſæculi.

Abyſſus, ſicut veſtimentum, amictus eius: ſuper montes ſtabunt aquæ.

Ab increpatione tua fugient: à voce tonitrui tui formidabunt.

Aſcendunt montes, & deſcendunt campi: in locum quem fundaſti eis.

Terminum poſuiſti, quem non tranſgredietur: neque conuertentur operire terram.

Qui emittis fontes in cõuallibus: inter medium montium pertranſibunt aquæ.

Potabunt omnes beſtiæ agri: expectabunt onagri in ſiti ſua.

Super ea volucres cæli habitabunt: de medio petrarum dabunt voces.

Rigans montes de superioribus suis: de fructu operum tuorum satiabitur terra.

Producens fœnum iumentis: & herbam seruituti hominum.

Vt educas panem de terra: & vinum lætificet cor hominis.

Vt exhilaret faciem in oleo: & panis cor hominis confirmet.

Saturabuntur ligna campi, & cedri Libani, quas plantauit: illic passeres nidificabunt.

Herodij domus dux est eorum: montes excelsi ceruis, petra refugium herinacijs.

Fecit lunā in tēpora: sol cognouit occasum suū.

Posuisti tenebras, & facta est nox: in ipsa pertransibunt omnes bestiæ syluæ.

Catuli leonum rugientes vt rapiant: & quærant à Deo escam sibi.

Ortus est sol, & congregati sunt: & in cubilibus suis collocabuntur.

Exibit homo ad opus suum: & ad operationem suam vsque ad vesperam.

Quàm magnificata sunt opera tua Domine! omnia in sapientia fecisti: impleta est terra possessione tua.

Diuisio.

HOc mare magnum & spatiosum manibus: illic reptilia, quorum non est numerus.

Animalia pusilla cum magnis: illic naues pertransibunt.

Draco iste, quem formasti ad illudendum ei: omnia à te expectant, vt des illis escam in tempore.

Dante te illis, colligent: aperiente te manũ tuam, omnia implebuntur bonitate.

Auertente autem te faciem, turbabuntur: auferes spiritum eorum, & deficiẽt, & in puluerem suum reuertentur.

Emittes spiritum tuum, & creabuntur: & renouabis faciem terræ.

Sit gloria Domini in sæculum: lætabitur Dominus in operibus suis.

Qui respicit terram, & facit eam tremere: qui tangit montes, & fumigant.

Cantabo Domino in vita mea: psallam Deo meo quamdiu sum.

Iucundum sit ei eloquium meum: ego verò delectabor in Domino.

Deficiant peccatores à terra, & iniqui ita vt non sint: benedic anima mea Domino.

Antiphona. Benedic anima mea Domino.

Antiphona. Lætetur cor. Psalmus 104.

COnfitemini Domino, & inuocate nomen eius: annunciate inter gentes opera eius.

Cantate ei, & psallite ei: narrate omnia mirabilia eius.

Laudamini in nomine sancto eius: lætetur cor

quæren-

quærentium Dominum.
Quærite Dominum, & confirmamini: quærite faciem eius ſemper.
Mementote mirabilium eius, quæ fecit: prodigia eius, & iudicia oris eius.
Semē Abraham, ſerui eius: filij Iacob electi eius.
Ipſe Dominus Deus noſter: in vniuerſa terra iudicia eius.
Memor fuit in ſæculum teſtamenti ſui: verbi, quod mandauit in mille generationes.
Quod diſpoſuit ad Abraham: & iuramenti ſui ad Iſaac.
Et ſtatuit illud Iacob in præceptum: & Iſraël in teſtamentum æternum.
Dicens, Tibi dabo terram Chanaan: funiculum hereditatis veſtræ.
Cùm eſſent numerò breui: pauciſſimi, & incolę eius.
Et pertranſierunt de gente in gentem: & de regno ad populum alterum.
Non reliquit hominem nocere eis: & corripuit pro eis reges.
Nolite tangere Chriſtos meos: & in prophetis meis nolite malignari.
Et vocauit famem ſuper terram: & omne firmamentum panis contriuit.
Miſit ante eos virum: in ſeruum venundatus eſt Ioſeph.

Humiliauerunt in compedibus pedes eius, ferrũ pertranſijt animã eius: donec veniret verbũ eius.

Eloquiũ Domini inflammauit eũ: miſit rex, & ſoluit eum, princeps populorum, & dimiſit eum.

Conſtituit eum dominum domus ſuæ: & principem omnis poſſeſſionis ſuæ.

Vt erudiret principes eius ſicut ſemetipſum: & ſenes eius prudentiam doceret.

Diuiſio.

ET intrauit Iſraël in Ægyptum: & Iacob accola fuit in terra Cham.

Et auxit populum ſuum vehementer: & firmauit eum ſuper inimicos eius.

Conuertit cor eorum vt odirent populum eius: & dolum facerent in ſeruos eius.

Miſit Moyſen ſeruũ ſuũ: Aarõ, quẽ elegit ipſum.

Poſuit in eis verba ſignorum ſuorum: & prodigiorum in terra Cham.

Miſit tenebras, & obſcurauit: & non exacerbauit ſermones ſuos.

Conuertit aquas eorum in ſanguinem: & occidit piſces eorum.

Edidit terra eorum ranas: in penetralibus regum ipſorum.

Dixit, & venit cœnomyia, & cinifes: in omnibus finibus eorum.

Poſuit pluuias eorum grandinem: ignem comburentem in terra ipſorum.

Et percuſſit vineas eorum, & ficulneas eorum:

& contriuit lignum finium eorum.

Dixit, & venit locuſta, & bruchus : cuius nõ erat numerus.

Et comedit omne fœnum in terra eorum: & comedit omnem fructum terræ eorum.

Et percuſſit omne primogenitum in terra eorũ : primitias omnis laboris eorum.

Et eduxit eos cum argento & auro: & non erat in tribubus eorum infirmus.

Lætata eſt Ægyptus in profectione eorum: quia incubuit timor eorum ſuper eos.

Expandit nubem in protectionem eorum : & ignem vt luceret eis per noctem.

Petierunt, & venit coturnix : & pane cæli ſaturauit eos.

Dirupit petram, & fluxerunt aquæ : abierunt in ſicco flumina.

Quoniam memor fuit verbi ſancti ſui: quod habuit ad Abraham puerum ſuum.

Et eduxit populum ſuum in exultatione : & electos ſuos in lætitia.

Et dedit illis regiones gentium: & labores populorum poſſederunt.

Vt cuſtodiant iuſtificationes eius : & legem eius requirant.

Antiphona Lætetur cor quærentium Dominũ.
Per Annum. ℣ Domine exaudi orationem meã.
℟. Et clamor meus ad te veniat.

In Aduentu, ℣. Egredietur Dominus de loco ſancto ſuo. ℞. Veniet vt ſaluet populum ſuum.

In Quadrageſima, ℣. Scuto circumdabit te veritas eius. ℞. Non timebis à timore nocturno.

Tempore Paſſionis, ℣. Ne perdas cum impijs Deus animam meam. ℞. Et cum viris ſanguinum vitam meam.

Tempore Paſchali, Antiph. Alleluia, alleluia, alleluia. ℣. Gauiſi ſunt diſcipuli, alleluia. ℞. Viſo Domino, alleluia.

De beata Maria, ℣. Diffuſa eſt gratia in labijs tuis. ℞. Propterea benedixit te Deus in ęternũ.

IN SECVNDO NOCTVRNO.

Per Annum, Antiphona. Alleluia.

In Septuageſima, Aña. Viſita nos. Pſalmus 105.

CONfitemini Domino, quoniam bonus: quoniam in ſæculum miſericordia eius.

Quis loquetur potentias Domini: auditas faciet omnes laudes eius?

Beati qui cuſtodiunt iudicium: & faciunt iuſtitiam in omni tempore.

Memento noſtri Domine in beneplacito populi tui: viſita nos in ſalutari tuo.

Ad videndum in bonitate electorum tuorum, ad lætandum in lætitia gentis tuæ: vt lauderis cum hereditate tua.

Peccauimus cum patribus noſtris: iniuſtè egimus, iniquitatem fecimus.

Patres nostri in Ægypto non intellexerunt mirabilia tua: non fuerunt memores multitudinis misericordiæ tuæ.
Et irritauerunt ascendentes in mare: Mare rubrum.
Et saluauit eos propter nomen suum: vt notam faceret potentiam suam.
Et increpuit Mare rubrum, & exiccatum est: & deduxit eos in abyssis sicut in deserto.
Et saluauit eos de manu odientium: & redemit eos de manu inimici.
Et operuit aqua tribulantes eos: vnus ex eis non remansit.
Et crediderunt verbis eius: & laudauerunt laudem eius.
Citò fecerunt, obliti sunt operum eius: & non sustinuerunt consilium eius.
Et concupierunt concupiscentiam in deserto: & tentauerunt Deum in inaquoso.
Et dedit eis petitionem ipsorum: & misit saturitatem in animas eorum.
Et irritauerunt Moysen in castris: Aaron sanctum Domini.
Aperta est terra, & deglutiuit Dathan: & operuit super congregationem Abiron.
Et exarsit ignis in synagoga eorum: flamma cōbussit peccatores.
Et fecerunt vitulum in Horeb: & adorauerunt
scul-

ſculptile.

Et mutauerũt gloriam ſuam: in ſimilitudinem vituli comedentis fœnum.

Obliti ſunt Deum, qui ſaluauit eos: qui fecit magnalia in Ægypto, mirabilia in terra Cham, terribilia in Mari rubro.

Et dixit vt diſperderet eos: ſi non Moyſes electus eius ſtetiſſet in confractione in conſpectu eius.

Vt auerteret iram eius, ne diſperderet eos: & pro nihilo habuerunt terram deſiderabilem.

Non crediderunt verbo eius, & murmurauerũt in tabernaculis ſuis: nõ exaudierũt vocem Dñi.

Et eleuauit manum ſuam ſuper eos: vt proſterneret eos in deſerto.

Et vt deijceret ſemen eorum in nationibus: & diſpergeret eos in regionibus.

Et initiati ſunt Beelphegor: & comederunt ſacrificia mortuorum.

Et irritauerunt eum in adinuentionibus ſuis: & multiplicata eſt in eis ruina.

Et ſtetit Phinees, & placauit: & ceſſauit quaſſatio.

Et reputatum eſt ei in iuſtitiã: in generationẽ & generationem vſque in ſempiternum. Diuiſio.

ET irritauerunt eum ad aquas contradictionis: & vexatus eſt Moyſes propter eos, quia exacerbauerunt ſpiritum eius.

Et diſtinxit in labijs ſuis: non diſperdiderunt gentes,

gentes, quas dixit Dominus illis.

Et commixti ſunt inter gentes, & didicerũt opera eorum, & ſeruierunt ſculptilibus eorum: & factum eſt illis in ſcandalum.

Et immolauerunt filios ſuos: & filias ſuas dæmonijs.

Et effuderunt ſanguinem innocentem: ſanguinem filiorum ſuorum & filiarum ſuarum, quas ſacrificauerunt ſculptilibus Chanaan.

Et infecta eſt terra in ſanguinibus, & contaminata eſt in operibus eorum: & fornicati ſunt in adinuentionibus ſuis.

Et iratus eſt furore Dominus in populum ſuum: & abominatus eſt hereditatem ſuam.

Et tradidit eos in manus gentium: & dominati ſunt eorum, qui oderunt eos.

Et tribulauerunt eos inimici eorum, & humiliati ſunt ſub manibus eorum: ſæpe liberauit eos.

Ipſi autem exacerbauerunt eum in conſilio ſuo: & humiliati ſunt in iniquitatibus ſuis.

Et vidit cùm tribularentur: & audiuit orationem eorum.

Et memor fuit teſtamenti ſui: & pænituit eum ſecundùm multitudinem miſericordiæ ſuæ.

Et dedit eos in miſericordias: in conſpectu omnium qui ceperant eos.

Saluos nos fac Domine Deus noſter: & congrega nos de nationibus.

Vt cófiteamur nomini ſancto tuo: & gloriemur in laude tua.

Benedictus Dñs Deus Iſraël à ſęculo & vſque in ſæculum: & dicet omnis populus, Fiat, fiat.

Antiphona. Viſita nos Domine in ſalutari tuo.

Antiphona. De neceſſitatibus meis. Pſalm. 106.

COnfitemini Domino, quoniá bonus: quoniam in ſæculum miſericordia eius.

Dicant qui redépti ſunt à Dño, quos redemit de manu inimici: & de regionibus congregauit eos.

A ſolis ortu & occaſu: ab Aquilone, & mari.

Errauerunt in ſolitudine in inaquoſo: viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt.

Eſurientes & ſitientes: anima eorum in ipſis defecit.

Et clamauerunt ad Dominum cùm tribularentur: & de neceſſitatibus eorum eripuit eos.

Et deduxit eos in viam rectam: vt irent in ciuitatem habitationis.

Confiteantur Domino miſericordiæ eius: & mirabilia eius filijs hominum.

Quia ſatiauit animam inanem: & animam eſurientem ſatiauit bonis.

Sedentes in tenebris, & vmbra mortis: vinctos in mendicitate, & ferro.

Quia exacerbauerunt eloquia Dei: & conſilium Altiſſimi irritauerunt.

Et humiliatum eſt in laboribus cor eorum: in firmati

mati ſunt, nec fuit qui adiuuaret.
Et clamauerunt ad Dominum cùm tribularentur: & de neceſſitatibus eorum liberauit eos.
Et eduxit eos de tenebris, & vmbra mortis: & vincula eorum diſrupit.
Confiteantur Domino miſericordiæ eius: & mirabilia eius filijs hominum.
Quia contriuit portas æreas: & vectes ferreos confregit.
Suſcepit eos de via iniquitatis eorum: propter iniuſtitias enim ſuas humiliati ſunt.
Omnem eſcam abominata eſt anima eorum: & appropinquauerunt vſque ad portas mortis.
Et clamauerunt ad Dominum cùm tribularentur: & de neceſſitatibus eorum liberauit eos.
Miſit verbum ſuum, & ſanauit eos: & eripuit eos de interitionibus eorum.
Confiteantur Domino miſericordiæ eius: & mirabilia eius filijs hominum.
Et ſacrificent ſacrificium laudis: & annuncient opera eius in exultatione.
Qui deſcendunt mare in nauibus: facientes operationem in aquis multis.
Ipſi viderunt opera Domini: & mirabilia eius in profundo.

Diuiſio.

Dixit, & ſtetit ſpiritus procellæ: & exaltati ſunt fluctus eius.
Aſcendunt vſque ad cælos, & deſcendunt vſque

ad abyſſos: anima eorum in malis tabeſcebat.
Turbati ſunt, & moti ſunt ſicut ebrius: & omnis ſapientia eorum deuorata eſt.
Et clamauerunt ad Dominum cum tribularentur: & de neceſſitatibus eorum eduxit eos.
Et ſtatuit procellam eius in auram: & ſiluerunt fluctus eius.
Et lætati ſunt quia ſiluerunt: & deduxit eos in portum voluntatis eorum.
Confiteantur Domino miſericordiæ eius: & mirabilia eius filijs hominum.
Et exaltent eum in eccleſia plebis: & in cathedra ſeniorum laudent eum.
Poſuiſti flumina in deſertum: & exitus aquarum in ſitim.
Terram fructiferam in ſalſuginem: à malitia inhabitantium in ea.
Poſuit deſertum in ſtagna aquarum: & terram ſine aqua in exitus aquarum.
Et collocauit illic eſurientes: & conſtituerunt ciuitatem habitationis.
Et ſeminauerunt agros, & plantauerunt vineas: & fecerunt fructum natiuitatis.
Et benedixit eis, & multiplicati ſunt nimis: & iumenta eorum non minorauit.
Et pauci facti ſunt: & vexati ſunt à tribulatione malorum & dolore.
Effuſa eſt contemptio ſuper principes: & errare
fecit

fecit eos in inuio, & non in via.
Et adiuuit pauperem de inopia: & posuit sicut oues familias.
Videbunt recti, & lætabuntur: & omnis iniquitas oppilabit os suum.
Quis sapiens, & custodiet hæc: & intelliget misericordias Domini? Antiphona. De necessitatibus meis eripe me Domine. Antiphona. Confitebor Domino. Psalmus 107.
PAratum cor meum Deus, paratum cor meũ: cantabo & psallam in gloria mea.
Exurge gloria mea, exurge psalterium & cithara: exurgam diluculo.
Confitebor tibi in populis Domine: & psallam tibi in nationibus.
Quia magna est super cælos misericordia tua: & vsque ad nubes veritas tua.
Exaltare super cælos Deus, & super omnem terram gloria tua: vt liberentur dilecti tui.
Saluum fac dextera tua, & exaudi me: Deus locutus est in sancto suo.
Exultabo, & diuidam Sichimam: & conuallem tabernaculorum dimetiar.
Meus est Galaad, & meus est Manasses: & Ephraim susceptio capitis mei.
Iuda rex meus: Moab lebes spei meæ.
In Idumæam extendam calceamentum meum: mihi alienigenæ amici facti sunt.

Quis deducet me in ciuitatem munitam? quis deducet me vſque in Idumæam?
Nonne tu Deus, qui repuliſti nos: & non exibis Deus in virtutibus noſtris?
Da nobis auxilium de tribulatione: quia vana ſalus hominis.
In Deo faciemus virtutem: & ipſe ad nihilum deducet inimicos noſtros. Pſalmus 108.
DEus laudem meam ne tacueris: quia os peccatoris, & os doloſi ſuper me apertum eſt.
Locuti ſunt aduerſum me lingua doloſa, & ſermonibus odij circumdederunt me: & expugnauerunt me gratis.
Pro eo vt me diligerent, detrahebant mihi: ego autem orabam.
Et poſuerunt aduerſum me mala pro bonis: & odium pro dilectione mea.
Conſtitue ſuper eum peccatorem: & diabolus ſtet à dextris eius.
Cùm iudicatur, exeat condemnatus: & oratio eius fiat in peccatum.
Fiant dies eius pauci: & epiſcopatum eius accipiat alter.
Fiant filij eius orphani: & vxor eius vidua.
Nutantes trãsferantur filij eius, & mendicent: & eijciantur de habitationibus ſuis.
Scrutetur fęnerator omnem ſubſtantiam eius: & diripiant alieni labores eius.
Non

Non ſit illi adiutor: nec ſit qui miſereatur pupillis eius.
Fiant nati eius in interitum: in generatione vna deleatur nomen eius.
In memoriam redeat iniquitas patrũ eius in conſpectu Dñi: & peccatũ matris eius non deleatur.
Fiant contra Dominum ſemper, & diſpereat de terra memoria eorum: pro eo quòd non eſt recordatus facere miſericordiam.
Et perſecutus eſt hominem inopem & mendicum: & compunctum corde mortificare.
Et dilexit maledictionem, & veniet ei: & noluit benedictionem, & elongabitur ab eo.
Et induit maledictionem ſicut veſtimentum: & intrauit ſicut aqua in interiora eius, & ſicut oleum in oſſibus eius.
Fiat ei ſicut veſtimentum, quo operitur: & ſicut zona, qua ſemper præcingitur.
Hoc opus eorũ, qui detrahũt mihi apud Dñm: & qui loquuntur mala aduerſus animam meam.
Et tu Domine Domine fac mecum propter nomen tuum: quia ſuauis eſt miſericordia tua.
Libera me, quia egenus & pauper ego ſum: & cor meum conturbatum eſt intra me.
Sicut vmbra cùm declinat, ablatus ſum: & excuſſus ſum ſicut locuſtæ.
Genua mea infirmata ſunt à ieiunio: & caro mea immutata eſt propter oleum.

Et ego factus ſum opprobrium illis: viderunt me, & mouerunt capita ſua.

Adiuua me Domine Deus meus: ſaluum me fac ſecundùm miſericordiam tuam.

Et ſciant quia manus tua hæc: & tu Domine feciſti eam.

Maledicent illi, & tu benedices, qui inſurgunt in me confundantur: ſeruus autem tuus lætabitur.

Induantur qui detrahunt mihi, pudore: & operiantur ſicut diploide confuſione ſua.

Confitebor Domino nimis in ore meo: & in medio multorum laudabo eum.

Quia aſtitit à dextris pauperis: vt ſaluam faceret à perſequentibus animam meam.

Antiphona per annum. Alleluia, alleluia, allelu.

In Septuageſima, Antiphona. Confitebor Domino nimis in ore meo.

Capitulum, ℣. & Oratio de beata Virgine, vt in eius Officio in Sabbato, infrà.

Si verò de Feria ſit agẽdum, Capitulum & Verſus erunt vt ſuprà Feria ij.

AD LAVDES.

Pater noſter. Aue Maria.

Antiphona. Benigne fac in bona voluntate tua Domine. Pſal. Miſerere mei Deus. 57. Antiph. In veritate tua. Pſalmus 142.

DOmine exaudi orationem meam, auribus percipe obſecrationem meam in veritate tua:

tua: exaudi me in tua iuſtitia.

Et non intres in iudicium cum ſeruo tuo: quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuẽs.

Quia perſecutus eſt inimicus animam meam: humiliauit in terra vitam meam.

Collocauit me in obſcuris ſicut mortuos ſæculi: anxiatus eſt ſuper me ſpiritus meus, in me turbatum eſt cor meum.

Memor fui dierum antiquorum, meditatus ſum in omnibus operibus tuis: in factis manuum tuarum meditabar.

Expandi manus meas ad te: anima mea ſicut terra ſine aqua tibi.

Velociter exaudi me Dñe: defecit ſpiritus meus.

Non auertas faciem tuam à me: & ſimilis ero deſcendentibus in lacum.

Auditam fac mihi manè miſericordiam tuam: quia in te ſperaui.

Notam fac mihi viam, in qua ambulem: quia ad te leuaui animam meam.

Eripe me de inimicis meis Domine, ad te confugi: doce me facere voluntatem tuam, quia Deus meus es tu.

Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectã: propter nomen tuum Domine viuificabis me, in æquitate tua.

Educes de tribulatione animam meam: & in miſericordia tua diſperdes inimicos meos.

Et perdes omnes, qui tribulant animam meam: quoniam ego seruus tuus sum. Antiphona. In veritate tua exaudi me Domine. Aña. Date magnitudinem. Canticum Moysi. *Deut. 32. a. 1.*

AVdite cæli quæ loquor: audiat terra verba oris mei.

Concrescat vt pluuia doctrina mea: fluat vt ros eloquium meum.

Quasi imber super herbam, & quasi stillæ super gramina: quia nomen Domini inuocabo.

Date magnificentiam Deo nostro: Dei perfecta sunt opera, & omnes viæ eius iudicia.

Deus fidelis, & absq. vlla iniquitate iustus & rectus: peccauerunt ei, & non filij eius in sordibus.

Generatio praua atque peruersa: hæccine reddis Domino popule stulte & insipiens?

Numquid non ipse est pater tuus: qui possedit te, & fecit, & creauit te?

Memento dierum antiquorum: cogita generationes singulas.

Interroga patrem tuum, & annunciabit tibi: maiores tuos, & dicent tibi.

Quando diuidebat Altissimus gentes: quando separabat filios Adam.

Constituit terminos populorum: iuxta numerum filiorum Israël.

Pars autem Domini, populus eius: Iacob funiculus hereditatis eius.

Inuenit eum in terra deserta: in loco horroris, & vastæ solitudinis.
Circumduxit eum, & docuit: & custodiuit quasi pupillam oculi sui.
Sicut aquila prouocans ad volãdum pullos suos: & super eos volitans.
Expandit alas suas, & assumpsit eum: atque portauit in humeris suis.
Dominus solus dux eius fuit: & non erat cum eo deus alienus.
Constituit eum super excelsam terram: vt comederet fructus agrorum.
Vt sugeret mel de petra: oleumque de saxo durissimo.
Butyrum de armento, & lac de ouibus: cum adipe agnorum, & arietum filiorum Basan.
Et hircos cum medulla tritici: & sanguinem vuę biberet meracissimum.
Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit: incrassatus, impinguatus, dilatatus.
Dereliquit Deum factorem suum: & recessit à Deo salutari suo.
Prouocauerunt eum in dijs alienis: & in abominationibus ad iracundiam concitauerunt.
Immolauerunt dæmonijs & nõ Deo: dijs, quos ignorabant.
Noui recentesq. venerunt: quos non coluerunt patres eorum.

Deum qui te genuit, dereliquisti: & oblitus es Domini creatoris tui.
Vidit Dominus, & ad iracundiam cõcitatus est: quia prouocauerunt eum filij sui & filiæ.
Et ait, Abscondam faciem meam ab eis: & considerabo nouissima eorum.
Generatio enim peruersa est: & infideles filij.
Ipsi me prouocauerunt in eo, qui nõ erat Deus: & irritauerunt in vanitatibus suis.
Et ego prouocabo eos in eo, qui non est populus: & in gente stulta irritabo illos. Diuisio.
IGgnis succensus est in furore meo: & ardebit vsque ad inferni nouissima.
Deuorabitq. terram cum germine suo: & montium fundamenta comburet.
Congregabo super eos mala: & sagittas meas complebo in eis.
Consumentur fame: & deuorabũt eos aues morsu amarissimo.
Dentes bestiarum immittam in eos: cum furore trahentium super terram, atque serpentium.
Foris vastabit eos gladius, & intus pauor: iuuenẽ simul ac virginem, lactentem cum homine sene.
Dixi, Vbi nam sunt? cessare faciam ex hominibus memoriam eorum.
Sed propter iram inimicorum distuli: ne forte superbirent hostes eorum.
Et dicerent, Manus nostra excelsa: & non Dominus

minus, fecit hæc omnia.
Gens absq. consilio est, & sine prudẽtia: vtinam saperent & intelligerẽt, ac nouissima prouiderẽt.
Quomodo persequatur vnus mille: & duo fugent decem millia?
Nonne ideo, quia Deus suus vendidit eos: & Dominus conclusit illos.
Non enim est Deus noster vt dij eorum: & inimici nostri sunt iudices.
De vinea Sodomorum vinea eorum: & de suburbanis Gomorrhæ.
Vua eorum vua fellis: & botri amarissimi.
Fel draconum vinum eorum: & venenum aspidum insanabile.
Nonne hæc condita sunt apud me: & signata in thesauris meis?
Mea est vltio, & ego retribuam in tempore: vt labatur pes eorum.
Iuxta est dies perditionis: & adesse festinant tempora.
Iudicabit Dominus populum suum: & in seruis suis miserebitur.
Videbit quòd infirmata sit manus: & clausi quoque defecerunt, residuiq. consumpti sunt.
Et dicet, Vbi sunt dij eorum: in quibus habebant fiduciam?
De quorum victimis comedebant adipes: & bibebant vinum libaminum.

Surgant, & opitulentur vobis: & in necessitate vos protegant.

Videte quòd ego sim solus: & non sit alius deus præter me.

Ego occidã, & ego viuere faciã, percutiã, & ego sanabo: & nõ est qui de manu mea possit eruere.

Leuabo ad cælum manum meam, & dicam: Viuo ego in æternum.

Si acuero vt fulgur gladium meum: & arripuerit iudicium manus mea.

Reddam vltionem hostibus meis: & his qui oderunt me retribuam.

Inebriabo sagittas meas sanguine: & gladius meus deuorabit carnes.

De cruore occisorum: & de captiuitate, nudati inimicorum capitis.

Laudate gentes populum eius: quia sanguinem seruorum suorum vlciscetur.

Et vindictam retribuet in hostes eorum: & propitius erit terræ populi sui.

Antiphona. Date magnitudinem Deo nostro.

Antiphona. In cymbalis benesonantibus laudate Deum. Psalmus. Laudate Dominum de cælis 65. Capitulum. *Rom. 13. d. 12.*

NOx præcessit, dies autem appropinquauit: abijciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis: sicut in die honestè ambulemus. ℟. breu. Sana animam meam, Quia peccaui ti-

ui tibi. Sana. ℣. Ego dixi, Domine miserere mei.
Quia. ℣. Gloria Patri. Sana. Hymnus.

AVrora iam ſpargit polum,
Terris dies illabitur,
Lucis reſultat ſpiculum,
Diſcedat omne lubricum.
Phantaſma noctis decidat,
Mentis reatus ſubruat;
Quidquid tenebris horridum
Nox attulit culpæ, cadat.
Et manè illud vltimum,
Quod præſtolamur cernui,
In lucem nobis effluat,
Dum hoc canore concrepat.
Deo Patri ſit gloria,
Eusq. ſoli Filio,
Cum Spiritu paraclito,
Et nunc & in perpetuum. Amen.

℣. Repleti ſumus manè miſericordia tua.
℟. Exultauimus & delectati ſumus.

Ad Benedictus, Antiphona.

Illuminare Domine his qui in tenebris ſedent: & dirige pedes noſtros in viam pacis, Deus Iſraël.

DOMINICA Ad Primam.

Pater noſter. Aue Maria. Credo. ℣. Deus in adiutorium. vt ſuprà. Hymnus.

IAm lucis orto ſidere
Deum precemur ſupplices,

Vt in diurnis actibus
Nos ſeruet à nocentibus.
Linguam refrænans temperet,
Ne litis horror inſonet,
Viſum fouendo contegat,
Ne vanitates hauriat.
Sint pura cordis intima,
Abſiſtat & vecordia:
Carnis terat ſuperbiam
Potus cibiq. parcitas.
Vt cùm dies abſceſſerit,
Noctemq. ſors reduxerit,
Mundi per abſtinentiam
Ipſi canamus gloriam.
Deo Patri ſit gloria,
Eiusq. ſoli Filio,
Cum Spiritu Paraclito,
Et nunc & in perpetuum. Amen.

In Dominicis per Annum, & tempore Paſchali. Antiphona. Alleluia. Pſalmus 118.

BEati immaculati in via: qui ambulant in lege Domini.

Beati, qui ſcrutantur teſtimonia eius: in toto corde exquirunt eum.

Non enim qui operantur iniquitatem: in vijs eius ambulauerunt.

Tu mandaſti: mandata tua cuſtodiri nimis.

Vtinam dirigantur viæ meæ: ad cuſtodiendas iuſti-

iuſtificationes tuas.

Tunc non confundar: cùm perſpexero in omnibus mandatis tuis.

Confitebor tibi in directione cordis: in eo quod didici iudicia iuſtitiæ tuæ.

Iuſtificationes tuas cuſtodiam: non me derelinquas vſquequaque.

IN quo corrigit adoleſcentior viam ſuam? in cuſtodiendo ſermones tuos.

In toto corde meo exquiſiui te: ne repellas me à mandatis tuis.

In corde meo abſcondi eloquia tua: vt non peccem tibi.

Benedictus es Domine: doce me iuſtificationes tuas.

In labijs meis pronũtiaui: omnia iudicia oris tui.

In via teſtimoniorum tuorum delectatus ſum: ſicut in omnibus diuitijs.

In mandatis tuis exercebor: & conſiderabo vias tuas.

In iuſtificationibus tuis meditabor: non obliuiſcar ſermones tuos.

REtribue ſeruo tuo, viuifica me: & cuſtodiam ſermones tuos.

Reuela oculos meos: & conſiderabo mirabilia de lege tua.

Incola ego ſum in terra: non abſcondas à me mandata tua.

Concu-

Concupiuit anima mea desiderare iustificationes tuas: in omni tempore.

Increpasti superbos: maledicti qui declinant à mandatis tuis.

Aufer à me opprobrium, & contemptum: quia testimonia tua exquisiui.

Etenim sederunt principes, & aduersum me loquebantur: seruus autem tuus exercebatur in iustificationibus tuis.

Nam & testimonia tua meditatio mea est: & consilium meum iustificationes tuæ.

ADhæsit pauimento anima mea: viuifica me secundùm verbum tuum.

Vias meas enunciaui, & exaudisti me: doce me iustificationes tuas.

Viam iustificationum tuarum instrue me: & exercebor in mirabilibus tuis.

Dormitauit anima mea prę tædio: confirma me in verbis tuis.

Viam iniquitatis amoue à me: & de lege tua miserere mei.

Viá veritatis elegi: iudicia tua non sum oblitus.

Adhęsi testimonijs tuis Dñe: noli me cõfũdere.

Viam mandatorum tuorum cucurri: cum dilatasti cor meum.

Sequens Symbolum dicitur in Dominicis tantùm, quando fit Officium de Dominica vt in Psalterio, & in festo S. Trinitatis.

Symbolum sancti Athanasij.

QVicumque vult saluus esse: ante omnia opus est vt teneat catholicam fidem.

Quam nisi quisque integram, inuiolatamq. seruauerit: absque dubio in æternum peribit.

Fides autem catholica hæc est, vt vnum Deum in Trinitate: & Trinitatem in vnitate veneremur.

Neque confundentes personas: neque substantiam separantes.

Alia est enim persona Patris, alia Filij: alia Spiritus sancti.

Sed Patris, & Filij, & Spiritus sancti vna est diuinitas: æqualis gloria, coæterna maiestas.

Qualis Pater, talis Filius: talis Spiritus sanctus.

Increatus Pater, increatus Filius: increatus Spiritus sanctus.

Immensus Pater, immensus Filius: immensus Spiritus sanctus.

Æternus Pater, æternus Filius: æternus Spiritus sanctus.

Et tamen non tres æterni: sed vnus æternus.

Sicut non tres increati, nec tres immensi: sed vnus increatus & vnus immensus.

Similiter omnipotens Pater, omnipotens Filius: omnipotens Spiritus sanctus.

Et tamen non tres omnipotentes: sed vnus omnipotens.

Ita Deus Pater, Deus Filius: Deus Spiritus

sanctus.

Et tamen non tres Dij: sed vnus est Deus.

Ita Dominus Pater, Dominus Filius: Dominus Spiritus sanctus.

Et tamen non tres Dñi: sed vnus est Dominus.

Quia sicut singillatim vnamquamq. personam Deum ac Dominum confiteri Christiana veritate compellimur: ita tres Deos aut Dominos dicere, catholica religione prohibemur.

Pater à nullo est factus: nec creatus, nec genitus.

Filius à Patre solo est: non factus, nec creatus, sed genitus.

Spiritus sanctus à Patre & Filio: non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens.

Vnus ergo Pater, non tres Patres, vnus Filius, nõ tres Filij: vnus Spiritus sanctus, non tres Spiritus sancti.

Et in hac Trinitate nihil prius aut posterius, nihil maius aut minus: sed totę tres personę coęternæ sibi sunt, & coæquales.

Ita, vt per oĩa, sicut iã supra dictũ est, & vnitas in Trinitate: & Trinitas in vnitate veneranda sit.

Qui vult ergo saluus esse: ita de Trinitate sentiat.

Sed necessarium est ad æternam salutem: vt incarnationem quoque Domini nostri Iesu Christi fideliter credat.

Est ergo fides recta, vt credamus & confiteamur:

quia

quia Dominus noster Iesus Christus Dei filius, Deus & homo est.

Deus est ex substãtia Patris ante sæcula genitus: & homo est ex substantia matris in sæculo natus.

Perfectus Deus, perfectus homo: ex anima rationali, & humana carne subsistens.

Æqualis Patri secundùm diuinitatem: minor Patre secundùm humanitatem.

Qui licet Deus sit, & homo: non duo tamen, sed vnus est Christus.

Vnus autem non conuersione diuinitatis in carnem: sed assumptione humanitatis in Deum.

Vnus omnino non confusione substantiæ: sed vnitate personæ.

Nam sicut anima rationalis & caro vnus est homo: ita Deus & homo vnus est Christus.

Qui passus est pro salute nostra, descendit ad inferos: tertia die resurrexit à mortuis.

Ascendit ad cælos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis: inde venturus est iudicare viuos & mortuos.

Ad cuius aduentum omnes homines resurgere habent cum corporibus suis: & reddituri sunt de factis proprijs rationem.

Et qui bona egerunt, ibunt in vitam æternam: qui verò mala, in ignem æternum.

Hæc est fides catholica, q̃ nisi quisq. fideliter firmiterq. crediderit: saluus esse nõ poterit. Gloria.

Antiphona. Alleluia, alleluia, alleluia.

Tempore Paſchali additur aliud Alleluia.

Capitulum. 1. Tim. 1. d. 17.

REgi ſæculorum immortali & inuiſibili, ſoli Deo honor & gloria ĩ ſęcula ſęculorũ, Am̃.

℟. Deo gratias. ℣. Exurge Chriſte, adiuua nos.

℟. Et libera nos propter nomen tuum.

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon.

Pater noſter. ſecretò, vſque ad ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo.

Sequentes Preces non dicuntur in Duplicibus, nec infrà Octauas: ſed tunc dicto, Pater noſter, dicitur, Dominus vobiſcum. & Oratio. Domine Deus omnipotens. vt infrà. Preces. Credo in Deum. ſecretò vſque ad ℣. Carnis reſurrectionem. ℟. Vitã æternã, Amẽ. ℣. Adiutorium noſtrum in nomine Dñi. ℟. Qui fecit cęlũ & terrã.

Deinde Hebdomadarius facit confeſſionem.

COnfiteor Deo omnipotenti, beatæ Mariæ ſemper virgini, beato Michaeli Archangelo, beato Ioanni Baptiſtę, ſanctis Apoſtolis Petro & Paulo, beato Benedicto, omnibus Sanctis, & vobis fratres: quia peccaui nimis cogitatione, verbo & opere: mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa. Ideo precor beatam Mariam ſemper virginem, beatum Michaelem Archangelum, beatum Ioannem Baptiſtam, ſanctos Apoſtolos Petrum & Paulum, beatum Benedictum,

ctum, omnes Sanctos, & vos fratres, orare pro me ad Dominũ Deum noſtrũ. Chorus reſpondet.

MIſereatur tui omnipotens Deus, & dimiſſis peccatis tuis, perducat te ad vitam æternam. ℞. Amen.

Deinde repetit confeſſionem, & vbi dicitur, vobis fratres, & vos fratres. dicatur, tibi pater, & te pater.

Facta cõfeſſione à Choro Hebdomadarius dicit.

MIſereatur veſtri omnipotẽs Deus, & dimiſſis peccatis veſtris, perducat vos ad vitam æternam. ℞. Amen.

INdulgentiam, abſolutionem, & remiſſionem peccatorum noſtrorum tribuat nobis omnipotens & miſericors Dominus. ℞. Amen.

Et proſequitur. ℣. Dignare Domine die iſto. ℞. Sine peccato nos cuſtodire. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℞. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum. ℞. Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Oratio.

DOmine Deus omnipotens, qui ad principium huius diei nos peruenire feciſti: tua nos hodie ſalua virtute: vt in hac die ad nullũ declinemus peccatũ, ſed ſemper ad tuam iuſtitiam faciendam noſtra procedant eloquia, dirigantur cogitationes & opera. Per Dñm noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum: qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus ſancti Deus, per om-

nia sæcula sæculorum. ℟. Amen. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.
℣. Benedicamus Domino.
℟. Deo gratias.
Deinde immediatè legitur Martyrologium.
Postea Hebdomadarius dicit ℣. Pretiosa in conspectu Domini. cum reliquis: vt suprà in Feria secunda ad Primam.

AD TERTIAM.

Pater noster. Aue Maria.
Deus in adiutorium. Hymnus.

NVnc sancte nobis Spiritus,
Vnum Patri cum Filio,
Dignare promptus ingeri
Nostro refusus pectori.
Os, lingua, mens, sensus, vigor,
Confessionem personent,
Flammescat igne charitas,
Accendat ardor proximos.
Præsta Pater pijssime,
Patriq. compar Vnice,
Cum Spiritu paraclito
Regnans per omne sæculum, Amen.

In Dominicis per Annum, & tempore Paschali, Antiphona. Alleluia.

LEgem pone mihi Domine viam iustificationum tuarum: & exquiram eam semper.
Da mihi intellectum, & scrutabor legem tuam: & cu-

& cuſtodiam illam in toto corde meo.
Deduc me in ſemitam mandatorum tuorum: quia ipſam volui.
Inclina cor meum in teſtimonia tua: & non in auaritiam.
Auerte oculos meos ne videant vanitatem: in via tua viuifica me.
Statue ſeruo tuo eloquium tuum: in timore tuo.
Amputa opprobrium meum, quod ſuſpicatus ſum: quia iudicia tua iucunda.
Ecce concupiui mandata tua: in æquitate tua viuifica me.
ET veniat ſuper me miſericordia tua Domine: ſalutare tuum ſecundùm eloquium tuũ.
Et reſpondebo exprobrantibus mihi verbum: quia ſperaui in ſermonibus tuis.
Et ne auferas de ore meo verbũ veritatis vſquequaque: quia in iudicijs tuis ſuperſperaui.
Et cuſtodiam legem tuam ſemper: in ſęculum & in ſæculum ſæculi.
Et ambulabam in latitudine: quia mandata tua exquiſiui.
Et loquebar de teſtimonijs tuis in conſpectu regum: & non confundebar.
Et meditabar in mandatis tuis: quæ dilexi.
Et leuaui manus meas ad mandata tua quæ dilexi: & exercebar in iuſtificationibus tuis.

MEmor esto verbi tui seruo tuo: in quo mihi spem dedisti.
Hæc me cósolata est in humilitate mea: quia eloquium tuum viuificauit me.
Superbi iniquè agebant vsquequaque: à lege autem tua non declinaui.
Memor fui iudiciorum tuorum à sæculo Domine: & consolatus sum.
Defectio tenuit me: pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam.
Cantabiles mihi erant iustificationess tuæ: in loco peregrinationis meæ.
Memor fui nocte nominis tui Domine: & custodiui legem tuam.
Hæc facta est mihi: quia iustificationes tuas exquisiui.
Antiphona. Alleluia, alleluia, alleluia.
Tempore Paschali additur aliud Alleluia.
Sequens Capitulum, & alia in alijs Horis, dicuntur in Dominicis, à ij. post Epiphaniam vsq; ad Septuagesimam, & à iij. post Pentecost. vsque ad Aduentum. Versus etiam vsque ad Dominicam primam Quadrag. Capitulum. *1 Ioan. 4. c. 16.*

DEus charitas est: & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. ℟. Deo gratias. ℣. Ego dixi, Domine miserere mei. ℟. Sana animam meam, quia peccaui tibi. Kyrie eleison. Pater noster. secreto. Oratio conueniens.

DO-

DOMINICA Ad Sextam.

Pater noster. Aue Maria.

Deus in adiutorium. Hymnus.

Rector potens, verax Deus,
Qui temperas rerum vices,
Splendore mane instruis,
Et ignibus meridiem.

Extingue flammas litium,
Aufer calorem noxium,
Confer salutem corporum,
Veramq. pacem cordium.

Præsta Pater pijssime,
Patrique compar Vnice,
Cum Spiritu paraclito,
Regnans per omne sæculum. Amen.

In Dominicis per Annum & Tempore Paschali, Antiphona. Alleluia. Psalmus.

POrtio mea Domine: dixi custodire legem tuam.

Deprecatus sum faciem tuam in toto corde meo: miserere mei secundùm eloquium tuum.

Cogitaui vias meas: & conuerti pedes meos in testimonia tua.

Paratus sum, & non sum turbatus: vt custodiam mandata tua.

Funes peccatorum circumplexi sunt me: & legem tuam non sum oblitus.

Media nocte surgebam ad confitendum tibi super

ſuper iudicia iuſtificationis tuæ.

Particeps ego ſum omnium timentium te: & cuſtodientium mandata tua.

Miſericordia tua Domine plena eſt terra: iuſtificationes tuas doce me.

BOnitatem feciſti cum ſeruo tuo Domine: ſecundùm verbum tuum.

Bonitatem, & diſciplinam, & ſciẽtiam doce me: quia mandatis tuis credidi.

Priuſquam humiliarer ego deliqui: propterea eloquium tuum cuſtodiui.

Bonus es tu: & in bonitate tua doce me iuſtificationes tuas.

Multiplicata eſt ſuper me iniq̃tas ſuperborũ: ego autem in toto corde meo ſcrutabor mandata tua.

Coagulatum eſt ſicut lac cor eorum: ego verò legem tuam meditatus ſum.

Bonum mihi quia humiliaſti me: vt diſcam iuſtificationes tuas.

Bonum mihi lex oris tui: ſuper millia auri & argenti.

MAnus tuę fecerunt me, & plaſmauerũt me: da mihi intellectum, & diſcã mandata tua.

Qui timent te, videbunt me, & lætabuntur: quia in verba tua ſuperſperaui.

Cognoui Domine quia æquitas iudicia tua: & in veritate tua humiliaſti me.

Fiat miſericordia tua vt conſoletur me: ſecundùm

dùm eloquium tuum ſeruo tuo.

Veniant mihi miſerationes tuæ, & viuam: quia lex tua meditatio mea eſt.

Confundant̃ ſuperbi, quia iniuſte iniquitatẽ fecerunt in me: ego autẽ exercebor in mandatis tuìs.

Conuertantur mihi timentes te: & qui nouerunt teſtimonia tua.

Fiat cor meum immaculatum in iuſtificationibus tuis: vt non confundar.

Antiphona. Alleluia, alleluia, alleluia.

Tempote Paſchali additur aliud Alleluia.

Capitulum. *Galat. 6. a. 1.*

ALter alterius onera portate: & ſic adimplebitis legem Chriſti. ℟. Deo gratias.

℣. Dominus regit me, & nihil mihi deerit. ℟. In loco paſcuæ ibi me collocauit. Kyrie eleiſon.

Pater noſter. ſecretò. Oratio conueniens.

DOMINICA Ad Nonam.

Pater noſter. Aue Maria.

Deus in adiutorium. Hymnus.

REerum Deus tenax vigor,
Immotus in te permanens,
Lucis diurnæ tempora
Succeſſibus determinans.

Largire clarum veſpere,
Quò vita nuſquam decidat,
Sed præmium mortis ſacræ
Perennis inſtet gloria.

Præſta

Præsta Pater pijssime,
Patriq. compar Vnice,
Cum Spiritu paraclito,
Regnans per omne sæculum. Amen.

In Dominicis per Annum, & tempore Paschali, Antiphona. Alleluia. Psalmus.

DEfecit in salutare tuum anima mea: & in verbum tuum supersperaui.

Defecerunt oculi mei in eloquium tuum: dicentes, Quando consolaberis me?

Quia factus sum sicut vter in pruina: iustificationes tuas non sum oblitus.

Quot sunt dies serui tui: quando facies de persequentibus me iudicium?

Narrauerunt mihi iniqui fabulationes: sed non vt lex tua.

Omnia mandata tua veritas: iniquè persecuti sunt me, adiuua me.

Paulo minùs consummauerunt me in terra: ego autem non dereliqui mandata tua.

Secundùm misericordiam tuam viuifica me: & custodiam testimonia oris tui.

IN æternum Domine: verbum tuum permanet in cælo.

In generationem & generationem veritas tua: fundasti terram, & permanet.

Ordinatione tua perseuerat dies: quoniam omnia seruiunt tibi.

Nisi

Nisi quòd lex tua meditatio mea est: tunc forte perijssem in humilitate mea.

In æternum non obliuiscar iustificationes tuas; quia in ipsis viuificasti me.

Tuus sum ego, saluum me fac: quoniam iustificationes tuas exquisiui.

Me expectauerunt peccatores vt perderent me: testimonia tua intellexi.

Omnis consummationis vidi finem: latum mandatum tuum nimis.

QVomodo dilexi legem tuam Domine? tota die meditatio mea est.

Super inimicos meos prudentem me fecisti mãdato tuo: quia in æternum mihi est.

Super omnes docentes me intellexi: quia testimonia tua meditatio mea est.

Super senes intellexi: quia mandata tua quæsiui.

Ab omni via mala prohibui pedes meos: vt custodiam verba tua.

A iudicijs tuis non declinaui: quia tu legem posuisti mihi.

Quam dulcia faucibus meis eloquia tua: super mel ori meo.

A mandatis tuis intellexi: propterea odiui omnem viam iniquitatis.

Antiphona. Alleluia, alleluia, alleluia.

Tempore Paschali additur aliud Alleluia.

Capitulum. *1. Cor. 6. d. 20*

Empti

EMpti enim estis pretio magno: glorificate & portate Deum in corpore vestro. ℟. Deo gratias. ℣. Ab occultis meis munda me Domine. ℟. Et ab alienis parce seruo tuo. Kyrie eleison. Pater noster. secretò. Oratio conueniens.

FERIA SECVNDA.

Ad Tertiam.

Tempore Paschali, Antiphona. Alleluia.
Per Annum, Antiphona. Adiuua me. Psalmus.

LVcerna pedibus meis verbum tuum: & lumen semitis meis.

Iuraui, & statui: custodire iudicia iustitiæ tuæ.

Humiliatus sum vsquequaque Domine: viuifica me secundùm verbum tuum.

Voluntaria oris mei beneplacita fac Domine: & iudicia tua doce me.

Anima mea in manibus meis semper: & legem tuam non sum oblitus.

Posuerunt peccatores laqueum mihi: & de mandatis tuis non erraui.

Hereditate acquisiui testimonia tua in ęternum: quia exultatio cordis mei sunt.

Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas in æternum: propter retributionem.

INiquos odio habui: & legem tuam dilexi.

Adiutor, & susceptor meus es tu: & in verbũ tuum supersperaui.

Declinate à me maligni: & scrutabor mandata

Dei mei.

S uſcipe me ſecundùm eloquium tuum, & viuá: & non confundas me ab expectatione mea.

A diuua me, & ſaluus ero: & meditabor in iuſtificationibus tuis ſemper.

S preuiſti omnes diſcedentes à iudicijs tuis: quia iniuſta cogitatio eorum.

P ræuaricantes reputaui omnes peccatores terræ: ideo dilexi teſtimonia tua.

C onfige timore tuo carnes meas: à iudicijs enim tuis timui.

FEci iudicium & iuſtitiam: non tradas me calumniantibus me.

S uſcipe ſeruum tuum in bonum: non calumnientur me ſuperbi.

O culi mei defecerunt in ſalutare tuum: & in eloquium iuſtitiæ tuæ.

Fac cum ſeruo tuo ſecundùm miſericordiam tuam: & iuſtificationes tuas doce me.

Seruus tuus ſum ego: da mihi intellectum, vt ſciam teſtimonia tua.

Tempus faciendi Dñe: diſſipauerunt legem tuá.

Ideo dilexi mandata tua: ſuper aurũ & topazion.

Propterea ad omnia mandata tua dirigebar: omnem viam iniquam odio habui.

Tempore Paſchali, Aña. Alleluia, allel, allel. allel.

Per Annum, Antiphona. Adiuua me, & ſaluus ero Domine.

Capitulum. *Ierem. 17. b. 14.*

Sana

SAna me Domine, & ſanabor; ſaluum me fac, & ſaluus ero: quoniam laus mea tu es.

℣. Adiutor meus eſto, ne derelinquas me. ℞. Neque deſpicias me Deus ſalutaris meus.

Prædictum Capitulum, & ℣. dicitur per totam Hebdomadam in Feriali Officio. Kyrie eleiſon. Pater noſter. ℣. Et ne nos. ℞. Sed libera. ℣. Dominus vobiſcum. ℞. Et cum ſpiritu tuo.

Oratio conueniens.

FERIA II. Ad Sextam.

Tempore Paſchali, Antiphona. Alleluia.

Per Annum, Antiphona. Aſpice in me.

MIrabilia teſtimonia tua: ideo ſcrutata eſt ea anima mea.

Declaratio ſermonum tuorum illuminat: & intellectum dat paruulis.

Os meum aperui, & attraxi ſpiritum: quia mandata tua deſiderabam.

Aſpice in me, & miſerere mei: ſecundùm iudicium diligentium nomen tuum.

Greſſus meos dirige ſecũdùm eloquium tuum: & non dominetur mei omnis iniuſtitia.

Redime me à calumnijs hominum: vt cuſtodiam mandata tua.

Faciem tuam illumina ſuper ſeruum tuum: & doce me iuſtificationes tuas.

Exitus aquarum deduxerunt oculi mei: quia non cuſtodierunt legem tuam.

IVstus es Domine: & rectum iudicium tuum. Mandasti iustitiam testimonia tua: & veritatem tuam nimis.

Tabescere me fecit zelus meus: quia obliti sunt verba tua inimici mei.

Ignitum eloquium tuum vehementer: & seruus tuus dilexit illud.

Adolescentulus sum ego, & contemptus: iustificationes tuas non sum oblitus.

Iustitia tua, iustitia in æternum: & lex tua veritas.

Tribulatio, & angustia inuenerunt me: mandata tua meditatio mea est.

Æquitas testimonia tua in ęternum: intellectum da mihi, & viuam.

CLamaui in toto corde meo, exaudi me Domine: iustificationes tuas requiram.

Clamaui ad te, saluum me fac: vt custodiam mandata tua.

Præueni in maturitate, & clamaui: quia in verba tua supersperaui.

Præuenerunt oculi mei ad te diluculo: vt meditarer eloquia tua.

Vocem meam audi secundùm misericordiam tuã Dñe: & secũdùm iudicium tuũ viuifica me.

Appropinquauerunt persequentes me iniquitati: à lege autem tua longe facti sunt.

Prope es tu Domine: & omnes viæ tuæ veritas.

Initio cognoui de testimonijs tuis: quia in æter-

num fundasti ea.
Tempore Paschali, Aña. Alleluia, alleluia, allelu.
Per Annum, Antiphona. Aspice in me, & miserere mei Domine. Capitulum. *Galat.6.a.2.*

ALter alterius onera portate: & sic adimplebitis legem Christi. ℣. Dominus regit me, & nihil mihi deerit. ℟. In loco pascuæ ibi me collocauit.

FERIA SECVNDA.

Ad Nonam.

Tempore Paschali, Antiphona. Alleluia.
Per Annum, Antiph. Fiat manus tua. Psalmus.

VIde humilitatem meam, & eripe me: quia legem tuam non sum oblitus.

Iudica iudicium meum, & redime me: propter eloquium tuum viuifica me.

Longè à peccatoribus salus: quia iustificationes tuas non exquisierunt.

Misericordiæ tuæ multæ Domine: secundùm iudicium tuum viuificá me.

Multi qui persequuntur me, & tribulant me: à testimonijs tuis non declinaui.

Vidi præuaricantes, & tabescebam: quia eloquia tua non custodierunt.

Vide quoniam mandata tua dilexi Domine: in misericordia tua viuifica me.

Principium verborum tuorum veritas: in æternum omnia iudicia iustitiæ tuæ.

Princi-

PRincipes perſecuti ſunt me gratis:& à verbis tuis formidauit cor meum.

Lætabor ego ſuper eloquia tua:ſicut qui inuenit ſpolia multa.

Iniquitatem odio habui,& abominatus ſum: legem autem tuam dilexi.

Septies in die laudem dixi tibi: ſuper iudicia iuſtitiæ tuæ.

Pax multa diligentibus legem tuam: & non eſt illis ſcandalum.

Expectabam ſalutare tuum Domine:& mandata tua dilexi.

Cuſtodiuit anima mea teſtimonia tua: & dilexit ea vehementer.

Seruaui mandata tua,& teſtimonia tua: quia omnes viæ meæ in conſpectu tuo.

APpropinquet depcatio mea ĩ cõſpectu tuo Dñe:iuxta eloquiũ tuũ da mihi intellectũ.

Intret poſtulatio mea in conſpectu tuo: ſecundùm eloquium tuum eripe me.

Eructabunt labia mea hymnum: cùm docueris iuſtificationes tuas.

Pronuntiabit lingua mea eloquium tuum: quia omnia mandata tua æquitas.

Fiat manus tua, vt ſaluet me: quoniam mandata tua elegi.

Concupiui ſalutare tuum Domine: & lex tua meditatio mea eſt.

Viuet anima mea, & laudabit te: & iudicia tua adiuuabunt me.
Erraui ſicut ouis quę periit: quęre ſeruum tuum, quia mandata tua non ſum oblitus.
Tempore Paſchali, Antiphona. Alleluia, alleluia, alleluia, alleluia.
Per Annum, Antiphona. Fiat manus tua Domine, vt ſaluet me: quoniam mandata tua elegi.

Capitulum. *1. Cor. 6. d. 20.*

EMpti enim eſtis pretio magno: glorificate & portate Deum in corpore veſtro. ℣. Ab occultis meis munda me Domine. ℟. Et ab alienis parce ſeruo tuo.

PER HEBDOMADAM. Ad Tertiam.

Pater noſter. Aue Maria. Deus in adiutorium meum.

Hymnus.

NVnc ſancte nobis Spiritus,
Vnum Patri cum Filio,
Dignare promptus ingeri
Noſtro refuſus pectori.
Os, lingua, mens, ſenſus, vigor,
Confeſſionem perſonent,
Flammeſcat igne charitas,
Accendat ardor proximos.
Præſta Pater piiſſime,
Patriq. compar Vnice,
Cum Spiritu paraclito,
Regnans per omne ſæculum, Amen.

Tempore Paſchali, Antiphona. Alleluia.
Per Annum, Antiphona. Clamaui. Pſalm. 119.
AD Dominum cùm tribularer clamaui: & exaudiuit me.
Domine libera animam meam à labijs iniquis: & à lingua doloſa.
Quid detur tibi, aut quid apponatur tibi: ad linguam doloſam?
Sagittę potẽtis acutę: cũ carbonibus deſolatorijs.
Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus eſt, habitaui cum habitantibus Cedar: multùm incola fuit anima mea.
Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus: cùm loquebar illis, impugnabant me gratis.
Pſalmus 120.
LEuaui oculos meos in montes: vnde veniet auxilium mihi.
Auxilium meum à Domino: qui fecit cælum & terram.
Non det in commotionem pedem tuum: neque dormitet qui cuſtodit te.
Ecce non dormitabit, neque dormiet: qui cuſtodit Iſraël.
Dominus cuſtodit te, Dominus protectio tua: ſuper manum dexteram tuam.
Per diem ſol non vret te: neque luna per noctẽ.
Dominus cuſtodit te ab omni malo: cuſtodiat animam tuam Dominus.

Dominus custodiat introitũ tuum, & exitũ tuũ: ex hoc nunc & vsque in sæculum. Psalmus 121.

LÆtatus sum in his, quæ dicta sunt mihi: In domum Domini ibimus.

Stantes erant pedes nostri: in atrijs tuis Ierusalem.

Ierusalem, quæ ædificatur vt ciuitas: cuius participatio eius in idipsum.

Illuc enim ascenderunt tribus, tribus Domini: testimonium Israël ad confitendum nomini Domini.

Quia illic sederunt sedes in iudicio: sedes super domum Dauid.

Rogate quæ ad pacem sunt Ierusalem: & abundantia diligentibus te.

Fiat pax in virtute tua: & abundantia in turribus tuis.

Propter fratres meos, & proximos meos: loquebar pacem de te.

Propter domum Domini Dei nostri: quęsiui bona tibi.

Tempore Paschali, Antiphona. Alleluia, alleluia, alleluia, alleluia.

Per Annum, Antiphona. Clamaui, & exaudiuit me. Capitulum. *Ierem. 17. b. 14.*

SAna me Domine, & sanabor: saluũ me fac, & saluus ero: quoniã laus mea tu es. ℣. Adiutor meus esto, ne derelinquas me. ℟. Neque despicias me Deus salutaris meus. Oratio conueniẽs.

PER

PER HEBDOMADAM. Ad Sextam.

Pater noster. Aue Maria. Deus in adiutorium meum. Hymnus.

Rector potens, verax Deus,
Qui temperas rerum vices,
Splendore mane instruis,
Et ignibus meridiem.
Extingue flammas litium,
Aufer calorem noxium,
Confer salutem corporum,
Veramq. pacem cordium.
Præsta Pater pijssime,
Patriq. compar Vnice,
Cum Spiritu paraclito,
Regnans per omne sæculum. Amen.

Tempore Paschali, Antiphona. Alleluia.

Per Annum, Antiph. Qui habitas. Psalmus 122.

AD te leuaui oculos meos: qui habitas in cælis.

Ecce sicut oculi seruorum: in manibus dominorum suorum.

Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ suæ: ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum donec misereatur nostri.

Miserere nostri Domine, miserere nostri: quia multum repleti sumus despectione.

Quia multùm repleta est anima nostra: opprobriũ abũdãtibus, & despectio superbis. Psal. 123.

NIſi quia Dominus erat in nobis, dicat nunc Iſraël: niſi quia Dominus erat in nobis.

Cùm exurgerent homines in nos: forte viuos deglutiſſent nos.

Cùm iraſceretur furor eorum in nos: forſitan aqua abſorbuiſſet nos.

Torrentem pertranſiuit anima noſtra: forſitan pertranſiſſet anima noſtra aquam intolerabilẽ.

Benedictus Dominus: qui non dedit nos in captionem dentibus eorum.

Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt: de laqueo venantium.

Laqueus contritus eſt: & nos liberati ſumus.

Adiutorium noſtrum in nomine Domini: qui fecit cælum & terram. Pſalmus 124.

QVi confidunt in Domino, ſicut mons Siõ: non commouebitur in æternum, qui habitat in Ieruſalem.

Montes in circuitu eius: & Dominus in circuitu populi ſui, ex hoc nunc & vſque in ſæculum.

Quia non relinquet Dominus virgam peccatorum ſuper ſortem iuſtorum: vt non extendant iuſti ad iniquitatem manus ſuas.

Benefac Domine bonis & rectis corde.

Declinãtes autem in obligationes, adducet Dñs cum operantibus iniquitatem: pax ſuper Iſraël.

Tempore Paſchali, Antiphona. Alleluia, alleluia, alleluia, alleluia.

Per Annum, Antiphona. Qui habitas in cælis, miſerere nobis. Capitulum. *Galat. 6. a. 2.*

ALter alterius onera portate: & ſic adimplebitis legẽ Christi. ℣. Dñs regit me, & nihil mihi deerit. ℟. In loco paſcuæ ibi me collocauit.

PER HEBDOMADAM. Ad Nonam.

Pater noſter. Aue Maria. Deus in adiutorium meum. Hymnus.

RErum Deus tenax vigor,
Immotus in te permanens,
Lucis diurnæ tempora
Succeſſibus determinans.
Largire clarum veſpere,
Quò vita nuſquam decidat,
Sed præmium mortis ſacræ
Perennis inſtet gloria.
Præſta Pater pijſſime,
Patriq. compar Vnice,
Cum Spiritu paraclito,
Regnans per omne ſæculum, Amen.

Tempore Paſchali, Antiphona. Alleluia.

Per Annum, Antiph. Beati omnes. Pſalm. 125

IN conuertendo Dominus captiuitatem Sion: facti ſumus ſicut conſolati.

Tunc repletum eſt gaudio os noſtrum: & lingua noſtra exultatione.

Tunc dicent inter gentes: Magnificauit Dominus facere cum eis.

Magnificauit Dominus facere nobiscum: facti sumus lætantes.
Conuerte Domine captiuitatem nostram: sicut torrens in Austro.
Qui semināt in lacrymis: in exultatione metent.
Euntes ibant & flebant: mittentes semina sua.
Venientes autem venient cum exultatione: portantes manipulos suos. Psalmus 126.
NIsi Dominus ædificauerit domum: in vanum laborauerunt qui ædificant eam.
Nisi Dominus custodierit ciuitatem: frustra vigilat qui custodit eam.
Vanum est vobis ante lucē surgere: surgite postquam sederitis, qui manducatis panem doloris.
Cùm dederit dilectis suis somnum: ecce hereditas Domini, filij; merces, fructus ventris.
Sicut sagittæ in manu potētis: ita filij excussorū.
Beatus vir qui impleuit desiderium suum ex ipsis: non confundetur cùm loquetur inimicis suis in porta. Psalmus 127.
BEati omnes, qui timent Dominum: qui ambulant in vijs eius.
Labores manuum tuarum quia manducabis: beatus es, & bene tibi erit.
Vxor tua sicut vitis abundans: in lateribus domus tuæ.
Filij tui sicut nouellæ oliuarum: in circuitu mensæ tuæ.

Ecce ſic benedicetur homo: qui timet Dominũ.
Benedicat tibi Dominus ex Sion: & videas bona Ieruſalem omnibus diebus vitæ tuæ.
Et videas filios filiorũ tuorũ: pacem ſuper Iſraël.
Tempore Paſchali, Aña. Allel. allel. allelu. allelu.
Per Annum, Antiphona. Beati omnes, qui timent Dominum. Capitulum. *1. Cor. 6. d. 20.*

EMpti enim eſtis pretio magno: glorificate & portate Deum in corpore veſtro.
℣. Ab occultis meis munda me Domine.
℞. Et ab alienis parce ſeruo tuo.

DOMINICA
Ad Veſperas.

Pater noſter. Aue Maria. ℣. Deus in adiutorium meum. vt ſuprà. Antiphona. Dixit Dominus.
Tempore Paſchali, Antiphona. Alleluia.
Sub qua ſola Antiphona dicuntur omnes Pſalmi Veſperarum, tam in Dominicis, quàm in Ferijs. Pſalmus 109.

DIxit Dominus Domino meo: Sede à dextris meis.
Donec ponam inimicos tuos: ſcabellum pedum tuorum.
Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion: dominare in medio inimicorum tuorum.
Tecum principiũ in die virtutis tuæ in ſplendoribus ſanctorũ: ex vtero ante luciferum genui te.
Iurauit Dñs, & non pęnitebit eũ: Tu es ſacerdos

in

in æternum ſecundùm ordinem Melchiſedech.
Dñs à dextris tuis: confregit in die iræ ſuæ reges.
Iudicabit in nationibus, implebit ruinas: conquaſſabit capita in terra multorum.
De torrente in via bibet: propterea exaltabit caput. Aña. Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis. Antiphona. Fidelia. Pſalmus 110.
COnfitebor tibi Domine in toto corde meo: in conſilio iuſtorum, & congregatione.
Magna opera Domini: exquiſita in omnes voluntates eius.
Confeſſio & magnificentia opus eius: & iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi.
Memoriam fecit mirabilium ſuorum, miſericors & miſerator Dominus: eſcam dedit timẽtibus ſe.
Memor erit in ſæculum teſtamenti ſui: virtutem operum ſuorum annunciabit populo ſuo.
Vt det illis hereditatem gentium: opera manuũ eius veritas, & iudicium.
Fidelia omnia mandata eius, confirmata in ſæculum ſæculi: facta in veritate & æquitate.
Redemptionem miſit populo ſuo: mandauit in æternum teſtamentum ſuum.
Sanctum, & terribile nomen eius: initium ſapiẽtiæ timor Domini.
Intellectus bonus omnibus facientibus eum: laudatio eius manet in ſæculum ſæculi.
Aña. Fidelia omnia mandata eius, confirmata in

sæculum sæculi. Aña. In mandatis. Psalm. 111.

B Eatus vir, qui timet Dominum: in mandatis eius volet nimis.

P otens in terra erit semen eius: generatio rectorum benedicetur.

G loria & diuitiæ in domo eius: & iustitia eius manet in sæculum sæculi.

E xortum est in tenebris lumen rectis: misericors, & miserator, & iustus.

I ucundus homo qui miseretur & commodat, disponet sermones suos in iudicio: quia in ęternum non commouebitur.

I n memoria æterna erit iustus: ab auditione mala non timebit.

P aratum cor eius sperare in Domino, confirmatum est cor eius: non commouebitur donec despiciat inimicos suos.

D ispersit, dedit pauperibus, iustitia eius manet in sæculũ sęculi: cornu eius exaltabitur in gloria.

P eccator videbit & irascetur, dentibus suis fremet & tabescet: desiderium peccatorum peribit.

Antiphona. In mandatis eius cupit nimis.

Antiphona. Sit nomen Domini. Psalm. 112.

L Audate pueri Dominum: laudate nomen Domini.

S it nomen Domini benedictum: ex hoc nunc & vsque in sæculum.

A solis ortu vsque ad occasum: laudabile nomen

Domini.

Excelsus super omnes gentes Dominus: & super cælos gloria eius.

Quis sicut Dominus Deus noster, qui in altis habitat: & humilia respicit in cælo & in terra?

Suscitans à terra inopem: & de stercore erigens pauperem.

Vt collocet eum cum principibus: cum principibus populi sui.

Qui habitare facit sterilem in domo: matrem filiorum lætantem. Ja exulta. 256.

Aña. Sit nomẽ Domini benedictum in sæcula.

Tempore Paschali, Antiphona. Alleluia, alleluia, alleluia.

Capitulum. 2.Cor.1.a.3.

BEnedictus Deus, & Pater Domini nostri Iesu Christi: Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis: qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. ℟.breue. Quam magnificata sunt; Opera tua Domine. Quam. ℣. Omnia in sapientia fecisti. Opera. ℣. Gloria Patri. Quam magnificata.

Hymnus.

LVcis creator optime,
Lucem dierum proferens,
Primordijs lucis nouæ,
Mundi parans originem.
Qui manè iunctum vesperi,
Diem vocari præcipis,
Tetrum chaos illabitur,

Audi preces cum fletibus.
Ne mens grauata crimine,
Vitæ sit exul munere,
Dum nil perenne cogitat,
Seseque culpis illigat.
Cælorum pulset intimum,
Vitale tollat præmium:
Vitemus omne noxium,
Purgemus omne pessimum.
Præsta Pater pijssime,
Patriq. compar Vnice,
Cum Spiritu paraclito
Regnans per omne sæculum. Amen.
℣. Dirigatur Domine oratio mea.
℟. Sicut incensum in conspectu tuo.

Prædictum Resp. breue, & Hymnus cũ suo ℣. dicũtur à Dñica ij. post Epiph. vsque ad Dñicam j. Quadragesimæ, & à Dñica iij. post Pentecosten, vsque ad Aduentum. Capitulũ verò prædictũ, dicitur in eisdem Dñicis post Pentecost & Epiphan. vsque ad Septuagesimam tantũ. Añæ autem cum Psalmis semper dicuntur, vt suprà quando fit officiũ de Dominica, exceptis Dñicis Aduentus, quæ habent Antiphonas proprias.

Canticum B. Mariæ Virginis. *Luc. 1. c. 47.*

MAgnificat: anima mea Dominum.
Et exultauit spiritus meus: in Deo salutari meo.

Quia respexit humilitatem ancillę suę: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.
Quia fecit mihi magna, qui potens est: & sanctum nomen eius.
Et misericordia eius à progenie in progenies: timentibus eum.
Fecit potentiam in brachio suo: dispersit superbos mente cordis sui.
Deposuit potentes de sede: & exaltauit humiles.
Esurientes impleuit bonis: & diuites dimisit inanes.
Suscepit Israël puerum suum: recordatus misericordiæ suæ.
Sicut locutus est ad patres nostros: Abraham, & semini eius in sæcula.
Gloria Patri, & Filio: & Spiritui sancto.
Sicut erat in principio.
Deinde dicitur Antiphona. Kyrie eleison. Pater noster. clara voce, & Oratio propria.

FERIA SECVNDA.

Ad Vesperas, Antiphona. Nos, qui viuimus.
Tempore Paschali, Antiphona. Alleluia.

Psalmus 113.

IN exitu Israël de Ægypto: domus Iacob de populo barbaro.
Facta est Iudæa sanctificatio eius: Israël potestas eius.
Mare vidit, & fugit: Iordanis conuersus est retrorsum.

trorſum.

Montes exultauerunt vt arietes: & colles ſicut agni ouium.

Quid eſt tibi mare, quòd fugiſti: & tu Iordanis, quia conuerſus es retrorſum?

Montes exultaſtis ſicut arietes: & colles ſicut agni ouium.

A facie Domini mota eſt terra: à facie Dei Iacob.

Qui conuertit petram in ſtagna aquarum: & rupem in fontes aquarum.

Non nobis Domine, nõ nobis: ſed nomini tuo da gloriam.

Super miſericordia tua, & veritate tua: nequando dicant gentes, Vbi eſt Deus eorum?

Deus autem noſter in cælo: omnia quæcumque voluit fecit.

Simulacra gentium argentum, & aurum: opera manuum hominum.

Os habent, & non loquentur: oculos habent, & non videbunt.

Aures habent, & non audient: nares habent, & non odorabunt.

Manus habent, & nõ palpabunt, pedes habẽt, & non ambulabunt: nõ clamabunt in gutture ſuo.

Similes illis fiant qui faciunt ea: & omnes qui confidunt in eis.

Domus Iſraël ſperauit in Domino: adiutor eorum & protector eorum eſt.

Domus Aaron ſperauit in Domino: adiutor eorum & protector eorum eſt.

Qui timent Dominum, ſperauerunt in Domino: adiutor eorum & protector eorum eſt.

Domin⁹ memor fuit noſtri: & benedixit nobis.

Benedixit domui Iſraël: benedixit domui Aarō.

Benedixit omnibus, qui timent Dominum: puſillis cum maioribus.

Adijciat Dominus ſuper vos: ſuper vos, & ſuper filios veſtros.

Benedicti vos à Domino: qui fecit cęlū, & terrā.

Cælum cæli Domino: terram autem dedit filijs hominum.

Non mortui laudabunt te Domine: neque omnes, qui deſcendunt in infernum.

Sed nos qui viuimus, benedicimus Domino: ex hoc nunc & vſque in ſæculum.

Antiphona. Nos qui viuimus benedicimus Domino. Antiphona. Inclinauit. Pſalmus 114.

Dilexi, quoniam exaudiet Dominus: vocem orationis meæ.

Quia inclinauit aurem ſuam mihi: & in diebus meis inuocabo.

Circumdederunt me dolores mortis: & pericula inferni inuenerunt me.

Tribulationem & dolorem inueni: & nomen Domini inuocaui.

O Domine libera animam meam: miſericors Domi-

Dominus, & iustus, & Deus noster miseretur.
Custodiẽs paruulos Dominus: humiliatus sum, & liberauit me.
Conuertere anima mea in requiem tuam: quia Dominus benefecit tibi.
Quia eripuit animam meam de morte: oculos meos à lacrymis, pedes meos à lapsu.
Placebo Domino: in regione viuorum.
Antiphona. Inclinauit Dominus aurem suam mihi. Antiphona. Credidi. Psalmus 115.
CRedidi, propter quod locutus sum: ego autem humiliatus sum nimis.
Ego dixi in excessu meo: Omnis homo mẽdax.
Quid retribuam Domino: pro omnibus quæ retribuit mihi?
Calicem salutaris accipiam: & nomen Domini inuocabo.
Vota mea Domino reddam coram omni populo eius: pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius.
O Domine, quia ego seruus tuus: ego seruus tuus, & filius ancillæ tuæ.
Dirupisti vincula mea: tibi sacrificabo hostiam laudis, & nomen Domini inuocabo.
Vota mea Domino reddam in conspectu omnis populi eius: in atrijs domus Domini, in medio tui Ierusalem.
Hic non dicitur, Gloria Patri. quando Officium

fit de Feria, additur enim sequens Pſalmus.

Pſalmus 116.

LAudate Dominum omnes gentes: laudate eum omnes populi.

Quoniam confirmata eſt ſuper nos miſericordia eius: & veritas Domini manet in æternum.

Antiphona. Credidi, propter quod locutus ſum.

Antiphona. Sæpe. Pſalmus 128.

SÆpe expugnauerunt me à iuuentute mea: dicat nunc Iſraël.

Sæpe expugnauerunt me à iuuẽtute mea: etenim non potuerunt mihi.

Supra dorſum meum fabricauerunt peccatores: prolongauerunt iniquitatem ſuam.

Dominus iuſtus concidit ceruices peccatorum: confundantur, & conuertantur retrorſum omnes qui oderunt Sion.

Fiant ſicut fœnum tectorum: quod priuſquam euellatur, exaruit.

De quo non impleuit manum ſuam qui metit: & ſinum ſuum qui manipulos colligit.

Et nõ dixerunt qui præteribãt, Benedictio Dñi ſuper vos: benediximus vobis in nomine Dñi.

Aña. Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea.

Tempore Paſchali, Antiphona. Alleluia, allel. alleluia.

Capitulum. *2. Cor. 1. a. 3.*

BEnedictus Deus, & Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti: Pater miſericordiarum, & Deus

totius

totius consolationis: qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. ℟. breu. Benedicam Dominum, In omni tempore. Benedicam. ℣. Semper laus eius in ore meo. In omni. ℣. Gloria Patri. Benedicam.

Hymnus.

IMmense cæli conditor,
Qui mixta ne confunderent,
Aquæ fluenta diuidens,
Cælum dedisti limitem.

Firmans locum cælestibus,
Simulq. terræ riuulis,
Vt vnda flammas temperet,
Terræ solum ne dissipent.

Infunde nunc pijssimè
Donum perennis gratiæ,
Fraudis nouæ ne casibus
Nos error atterat vetus.

Lucem fides inueniat,
Sic luminis iubar ferat,
Vt vana cuncta terreat,
Hanc falsa nulla comprimant.

Præsta Pater pijssime,
Patriq. compar Vnice,
Cum Spiritu paraclito,
Regnans per omne sæculum. Amen.

℣. Dirigatur Domine oratio mea.
℟. Sicut incensum in conspectu tuo.
Ad Magnificat, Aña. Magnificat anima mea

Dominum, quia respexit Deus humilitatẽ meã.

Oratio q̃n propria non assignatur dr̃ de Dñica præcedenti, vt habetur in proprio de Tempore. Antiphonæ cum Psalmis semper dñr ad Vesperas in Officio Feriali, vt hic in Psalt. ℞.br. Hymn. & ℣. prædicti ab Octaua Pentec. vsq. ad Aduentum, & ab Octaua Epiphaniæ vsq. ad Dominicam j. Quadragesimę. Capitulum verò prędictũ, dicitur in Ferijs ab Oct. Pentec. vsq. ad Aduentũ, & ab Octau. Epiphaniæ vsq. ad Septuagesimam tantùm. Antiphonæ autem ad Magnificat, eisdem temporibus vsque ad Septuagesimam.

FERIA TERTIA.

Ad Vesperas, Antiphona. De profundis.
Tempore Paschali, Aña. Alleluia. Psalmus 129.

DE profundis clamaui ad te Domine: Domine exaudi vocem meam.

Fiant aures tuæ intendentes: in vocem deprecationis meæ.

Si iniquitates obseruaueris Domine: Domine quis sustinebit?

Quia apud te propitiatio est: & propter legem tuam sustinui te Domine.

Sustinuit anima mea in verbo eius: sperauit anima mea in Domino.

A custodia matutina vsque ad noctem: speret Israël in Domino.

Quia apud Dominum misericordia: & copiosa apud

apud eum redemptio.
Et ipse redimet Israël: ex omnibus iniquitatibus eius.
Antiphona. De profundis clamaui ad te Domine. Antiphona. Speret. Psalmus 130.
DOmine, non est exaltatum cor meum: neque elati sunt oculi mei.
Neque ambulaui in magnis: neque in mirabilibus super me.
Si non humiliter sentiebam: sed exaltaui animã meam.
Sicut ablactatus est super matre sua: ita retributio in anima mea.
Speret Israël in Domino: ex hoc nunc & vsque in sæculum.
Antiphona. Speret Israël in Domino.
Antiphona. Et omnis. Psalmus 131.
MEmento Domine Dauid: & omnis mansuetudinis eius.
Sicut iurauit Domino: votum vouit Deo Iacob.
Si introiero in tabernaculum domus meæ: si ascendero in lectum strati mei.
Si dedero somnum oculis meis: & palpebris meis dormitationem.
Et requiem temporibus meis, donec inueniam locum Domino: tabernaculum Deo Iacob.
Ecce audiuimus eam in Ephrata: inuenimus eã in campis syluæ.

Introibimus in tabernaculum eius: adorabimus in loco, vbi ſteterunt pedes eius.
Surge Domine in requiem tuam: tu & arca ſanctificationis tuæ.
Sacerdotes tui induantur iuſtitiam: & ſancti tui exultent.
Propter Dauid ſeruum tuum: non auertas faciem Chriſti tui.
Iurauit Dñs Dauid veritatem, & non fruſtrabitur eũ: de fructu vẽtris tui ponã ſuper ſedem tuã.
Si cuſtodierint filij tui teſtamentum meum: & teſtimonia mea hæc, quæ docebo eos.
Et filij eorum vſque in ſæculum: ſedebunt ſuper ſedem tuam.
Quoniam elegit Dominus Sion: elegit eam in habitationem ſibi.
Hæc requies mea in ſæculum ſæculi: hic habitabo quoniam elegi eam.
Viduam eius benedicens benedicam: pauperes eius ſaturabo panibus.
Sacerdotes eius induam ſalutari: & ſancti eius exultatione exultabunt.
Illuc producam cornu Dauid: paraui lucernam Chriſto meo.
Inimicos eius induam confuſione: ſuper ipſum autem efflorebit ſanctificatio mea.
Antiphona. Et omnis manſuetudinis eius.
Antiphona. Ecce. Pſalmus 132.

ECce quàm bonum, & quàm iucundum: habitare fratres in vnum.

Sicut vnguentum in capite: quod descendit in barbam, barbam Aaron.

Quod descendit in oram vestimenti eius: sicut ros Hermon, qui descendit in montem Sion.

Quoniam illic mandauit Dominus benedictionem: & vitam vsque in sæculum. Ecce nunc benedi 292

Antiphona. Ecce quàm bonum, & quàm iucundum habitare fratres in vnum.

Tempore Paschali, Antiphona. Alleluia, alleluia, alleluia. Capitulum. 2. Cor. 1. a. 3.

BEnedictus Deus, & Pater Domini nostri Iesu Christi: Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis: qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. ℟. breu. Benedicam Dominum, In omni tempore. Benedicam. ℣. Semper laus eius in ore meo. In omni. ℣. Glória Patri. Benedicam.

Hymnus.

TElluris ingens conditor,
Mundi solum qui eruens,
Pulsis aquæ molestijs
Terram dedisti immobilem.

Vt germen aptum proferens,
Fuluis decora floribus,
Fecunda fructu sisteret,
Pastumq. gratum redderet.

Mentis perustæ vulnera

Munda virore gratiæ;
Vt facta fletu diluat,
Motusq. prauos atterat.
Iussis tuis obtemperet,
Nullis malis approximet,
Bonis repleri gaudeat,
Et mortis actum nesciat.
Præsta Pater pijssime,
Patrique compar Vnice,
Cum Spiritu paraclito,
Regnans per omne sæculum. Amen.
℣. Dirigatur Domine oratio mea.
℞. Sicut incensum in conspectu tuo.

Ad Magnificat, Antiphona.

Exultet spiritus meus in Deo salutari meo.

FERIA QVARTA.

Ad Vesperas.

Antiphona. Omnia.
Tempore Paschali, Aña. Alleluia. Psalmus 134.

LAudate nomen Dñi: laudate serui Dominũ.
Qui statis in domo Domini: in atrijs domus Dei nostri.
Laudate Dominum, quia bonus Dominus: psallite nomini eius, quoniam suaue.
Quoniam Iacob elegit sibi Dominus: Israël in possessionem sibi.
Quia ego cognoui quòd magnus est Dominus: & Deus noster præ omnibus dijs.

Omnia quæcumque voluit, Dominus fecit in cę lo & in terra: in mari, & in omnibus abyssis.
Educens nubes ab extremo terræ: fulgura in pluuiam fecit.
Qui producit vẽtos de thesauris suis: qui percussit primogenita Ægypti ab hoĩe vsque ad pecus.
Et misit signa & prodigia, in medio tui Ægyptę: in Pharaonem, & in omnes seruos eius.
Qui percussit gentes multas: & occidit reges fortes.
Sehon regem Amorrhæorum, & Og regem Basan: & omnia regna Chanaan.
Et dedit terram eorum hereditatem: hereditatem Israël populo suo.
Domine nomen tuum in æternũ: Domine memoriale tuum in generatione & generationem.
Quia iudicabit Dominus populum suum: & in seruis suis deprecabitur.
Simulacra gentium, argentum, & aurum: opera manuum hominum.
Os habent, & non loquentur: oculos habent, & non videbunt.
Aures habent, & non audient: neq. enim est spiritus in ore ipsorum.
Similes illis fiant qui faciunt ea: & omnes, qui confidunt in eis.
Domus Israël benedicite Domino: domus Aarõ benedicite Domino.

Domus Leui benedicite Domino: qui timetis Dominum, benedicite Domino.
Benedictus Dominus ex Sion: qui habitat in Ierusalem.
Aña. Omnia quæcumq. voluit Dominus fecit.
Aña. Quoniam in æternum. Psalmus 135.
COnfitemini Domino quoniã bonus: quoniam in æternum misericordia eius.
Confitemini Deo deorum: quoniam in æternum misericordia eius.
Confitemini Domino Dominorum: quoniam in æternum misericordia eius.
Qui facit mirabilia magna solus: quoniam in æternum misericordia eius.
Qui fecit cælos in intellectu: quoniam in æternum misericordia eius.
Qui firmauit terram super aquas: quoniam in æternum misericordia eius.
Qui fecit luminaria magna: quoniã in æternum misericordia eius.
Solem in potestatem diei: quoniam in æternum misericordia eius.
Lunam & stellas in potestatem noctis: quoniam in æternum misericordia eius.
Qui percussit Ægyptum cum primogenitis eorum: quoniam in æternum misericordia eius.
Qui eduxit Israël de medio eorum: quoniam in æternum misericordia eius.

In manu potenti, & brachio excelso: quoniam in æternum misericordia eius.
Qui diuisit Mare rubrum in diuisiones: quoniã in æternum misericordia eius.
Et eduxit Israël per medium eius: quoniam in æternum misericordia eius.
Et excussit Pharaoné, & virtuté eius in Mari rubro: quoniam in æternum misericordia eius.
Qui traduxit populum suum per desertum: quoniam in æternum misericordia eius.
Qui percussit reges magnos: quoniam in æternum misericordia eius.
Et occidit reges fortes: quoniam in æternum misericordia eius.
Sehon regem Amorrhæorum: quoniam in æternum misericordia eius.
Et Og regem Basan: quoniam in æternum misericordia eius.
Et dedit terram eorum hereditatem: quoniam in æternum misericordia eius.
Hereditatem Israël seruo suo: quoniam in æternum misericordia eius.
Quia in humilitate nostra memor fuit nostri: quoniam in æternum misericordia eius.
Et redemit nos ab inimicis nostris: quoniam in æternum misericordia eius.
Qui dat escam omni carni: quoniam in ęternum misericordia eius.

Confitemini Deo cæli: quoniam in æternum misericordia eius.
Confitemini Domino dominorum: quoniam in æternum misericordia eius.
Aña. Quoniam in æternum misericordia eius.
Antiphona. Hymnum cantate. Psalmus 136.
SVper flumina Babylonis, illic sedimus & fleuimus: cùm recordaremur Sion.
In salicibus in medio eius: suspendimus organa nostra.
Quia illic interrogauerunt nos, qui captiuos duxerunt nos: verba cantionum.
Et qui abduxerunt nos: Hymnum cantate nobis de canticis Sion.
Quomodo cantabimus canticum Domini: in terra aliena?
Si oblitus fuero tui Ierusalem: obliuioni detur dextera mea.
Adhæreat lingua mea faucibus meis: si non meminero tui.
Si non proposuero Ierusalem: in principio lætitiæ meæ.
Memor esto Domine filiorum Edom: in die Ierusalem.
Qui dicunt, Exinanite, exinanite: vsque ad fundamentum in ea.
Filia Babylonis misera: beatus, qui retribuet tibi retributionem tuam, quam retribuisti nobis.
Beatus

Beat⁹ q tenebit: & allidet paruulos tuos ad petrã.
Antiphona. Hymnum cantate nobis de canticis Sion. Antiphona. In conspectu. Psalm. 137.

COnfitebor tibi Domine in toto corde meo: quoniam audisti verba oris mei.
In conspectu Angelorũ psallam tibi: adorabo ad templũ sanctũ tuum, & confitebor nomini tuo.
Super misericordia tua, & veritate tua: quoniam magnificasti super omne nomẽ sanctum tuum.
In quacumq. die inuocauero te, exaudi me: multiplicabis in anima mea virtutem.
Confiteantur tibi Domine omnes reges terræ: quia audierunt omnia verba oris tui.
Et cantent in vijs Domini: quoniam magna est gloria Domini.
Quoniam excelsus Dominus, & humilia respicit: & alta à longè cognoscit.
Si ambulauero in medio tribulationis, viuificabis me: & super iram inimicorũ meorũ extendisti manum tuam, & saluum me fecit dextera tua.
Dominus retribuet pro me: Dñe misericordia tua in sæculũ, opera manuum tuarũ ne despicias.
Antiphona. In conspectu Angelorum psallam tibi Deus meus.
Tempore Paschali, Antiphona. Alleluia, alleluia, alleluia. Capitulum. 2. Cor. 1. a. 3.

BEnedictus Deus, & Pater Domini nostri Iesu Christi: Pater misericordiarum, & Deus

totius

totius consolationis: qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. ℟.br. Benedicam Dominũ, In omni tẽpore. ℣. Semper laus eius in ore meo. In omni. ℣. Gloria Patri. Benedicam. Hymnus.

CÆli Deus sanctissime,
Qui lucidum centrum poli
Candore pingis igneo,
Augens decoro lumine.
Quarto die qui flammeam
Solis rotam constituens,
Lunæ ministras ordinem,
Vagosq. cursus siderum.
Vt noctibus vel lumini
Diremptionis terminum,
Primordijs & mensium
Signum dares notissimum.
Illumina cor hominum,
Absterge sordes mentium,
Resolue culpæ vinculum,
Euerte moles criminum.
Præsta Pater pijssime,
Patriq. compar Vnice,
Cum Spiritu paraclito,
Regnans per omne sæculum. Amen.
℣. Dirigatur Domine oratio mea.
℟. Sicut incensum in conspectu tuo.
Ad Magnificat, Aña. Respexit Dominus humilitatem meã, & fecit in me magna qui potens est.

FERIA QVINTA.

Ad Vesperas, Antiphona. Domine.

Tempore Paschali, Antiph. Allel. Psalm. 138.

DOmine probasti me, & cognouisti me: tu cognouisti sessionẽ meã, & resurrectionẽ meã.

Intellexisti cogitationes meas de longè: semitam meam, & funiculum meum inuestigasti.

Et omnes vias meas præuidisti: quia non est sermo in lingua mea.

Ecce Domine tu cognouisti omnia, nouissima & antiqua: tu formasti me, & posuisti super me manum tuam.

Mirabilis facta est scientia tua ex me: confortata est, & non potero ad eam.

Quo ibo à spiritu tuo: & quo à facie tua fugiam?

Si ascendero in cælum, tu illic es: si descendero in infernum, ades.

Si sumpsero pennas meas diluculo: & habitauero in extremis maris.

Etenim illuc manus tua deducet me: & tenebit me dextera tua. Diuisio.

ET dixi, Forsitan tenebræ conculcabunt me: & nox illuminatio mea in delicijs meis.

Quia tenebræ non obscurabuntur à te, & nox sicut dies illuminabitur: sicut tenebræ eius, ita & lumen eius.

Quia tu possedisti renes meos: suscepisti me de vtero matris meæ.

Confitebor tibi, quia terribiliter magnificatus es: mirabilia opera tua, & anima mea cognoſcit nimis.

Nõ eſt occultatum os meum à te, quod feciſti in occulto: & ſubſtantia mea in inferioribus terræ.

Imperfectum meum viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes ſcribentur: dies formabuntur, & nemo in eis.

Mihi autem nimis honorificati ſunt amici tui Deus: nimis confortatus eſt principatus eorum.

Dinumerabo eos, & ſuper arenam multiplicabuntur: exurrexi, & adhuc ſum tecum.

Si occideris Deus peccatores: viri ſanguinum declinate à me.

Quia dicitis in cogitatione: Accipient in vanitate ciuitates tuas.

Nonne qui oderunt te Domine, oderam: & ſuper inimicos tuos tabeſcebam?

Perfecto odio oderam illos: & inimici facti ſunt mihi.

Proba me Deus, & ſcito cor meum: interroga me, & cognoſce ſemitas meas.

Et vide ſi via iniquitatis in me eſt: & deduc me in via æterna.

Antiphona. Domine probaſti me, & cognouiſti me. Antiphona. A viro iniquo. Pſalmus 139.

ERipe me Domine ab homine malo: à viro iniquo eripe me.

Qui

Qui cogitauerunt iniquitates in corde: tota die constituebant prælia.
Acuerunt linguas suas sicut serpentis: venenum aspidum sub labijs eorum.
Custodi me Domine de manu peccatoris: & ab hominibus iniquis eripe me.
Qui cogitauerunt supplantare gressus meos: absconderunt superbi laqueum mihi.
Et funes extenderunt in laqueum: iuxta iter scandalum posuerunt mihi.
Dixi Domino, Deus meus es tu: exaudi Domine vocem deprecationis meæ.
Domine Domine virtus salutis meæ: obumbrasti super caput meum in die belli.
Ne tradas me Domine à desiderio meo peccatori: cogitauerunt contra me, ne derelinquas me, ne fortè exaltentur.
Caput circuitus eorum: labor labiorum ipsorum operiet eos.
Cadent super eos carbones, in ignem deijcies eos: in miserijs non subsistent.
Vir linguosus non dirigetur in terra: virum iniustum mala capient in interitu.
Cognoui quia faciet Dominus iudicium inopis: & vindictam pauperum.
Verumtamen iusti confitebuntur nomini tuo: & habitabunt recti cum vultu tuo.
Antiphona. A viro iniquo libera me Domine.

Antiphona. Domine. Psalmus 140.

DOmine clamaui ad te, exaudi me: intende voci meæ, cum clamauero ad te.

Dirigatur oratio mea sicut incensum in conspectu tuo: eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum.

Pone Domine custodiam ori meo: & ostium circumstantiæ labijs meis.

Non declines cor meum in verba malitię: ad excusandas excusationes in peccatis.

Cum hominibus operantibus iniquitatem: & non communicabo cum electis eorum.

Corripiet me iustus in misericordia, & increpabit me: oleum autem peccatoris non impinguet caput meum.

Quoniam adhuc & oratio mea in beneplacitis eorum: absorpti sunt iuncti petrę iudices eorum.

Audient verba mea, quoniam potuerunt: sicut crassitudo terræ erupta est super terram.

Dissipata sunt ossa nostra secus infernum: quia ad te Domine Domine oculi mei, in te speraui, non auferas animam meam.

Custodi me à laqueo, quem statuerunt mihi: & à scandalis operantium iniquitatem.

Cadent in retiaculo eius peccatores: singulariter sum ego donec transeam.

Antiphona. Domine clamaui ad te, exaudi me.

Tempore Paschali, Antiphona. Alleluia, alleluia.

leluia, alleluia. Capitulum. 2. Cor. 1 a. 3.

BEnedictus Deus, & Pater Domini nostri Iesu Christi: Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis: qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. ℟. breu. Benedicam Dominum, In omni tempore. Benedicam. ℣. Semper laus eius in ore meo. In omni ℣. Gloria Patri. Benedicam. Hymnus.

MAgnæ Deus potentiæ,
Qui ex aquis ortum genus
Partim remittis gurgiti,
Partim leuas in aera.
Demersa lymphis imprimens,
Subuecta cælis irrigans:
Vt stirpe vna prodita,
Diuersa rapiant loca.
Largire cunctis seruulis,
Quos mundat vnda sanguinis,
Nescire lapsus criminum,
Nec ferre mortis tædium.
Vt culpa nullum deprimat,
Nullum leuet iactantia,
Elisa mens ne concidat,
Elata mens ne corruat.
Præsta Pater pijssime,
Patriq. compar Vnice,
Cum Spiritu paraclito,
Regnans per omne sæculum, Amen.

℣. Dirigatur Domine oratio mea.
℟. Sicut incensum in conspectu tuo.
Ad Magnificat, Antiphona.
Fac Deus potentiam in brachio tuo: disperde superbos & exalta humiles.
F E R I A S E X T A.
Ad Vesperas, Antiphona. Portio mea.
Tempore Paschali, Aña. Alleluia. Psalmus 141.
VOce mea ad Dominum clamaui: voce mea ad Dominum deprecatus sum.
Effundo in conspectu eius orationem meam: & tribulationem meam ante ipsum pronuntio.
In deficiendo ex me spiritum meum: & tu cognouisti semitas meas.
In via hac qua ambulabam: absconderunt laqueum mihi.
Considerabam ad dexteram, & videbam: & non erat qui cognosceret me.
Perijt fuga à me: & non est qui requirat animam meam.
Clamaui ad te Domine: dixi, Tu es spes mea, portio mea in terra viuentium.
Intende ad deprecationem meam: quia humiliatus sum nimis.
Libera me à persequentibus me: quia confortati sunt super me.
Educ de custodia animam meam ad confitendum nomini tuo: me expectant iusti, donec retribuas

tribuas mihi. Aña. Portio mea Domine sit in terra viuentium. Aña Benedictus. Psalmus 143.

BEnedictus Dñs Deus meus, qui docet manus meas ad prælium: & digitos meos ad bellum.

Misericordia mea, & refugium meum: susceptor meus, & liberator meus.

Protector meus, & in ipso speraui: qui subdit populum meum sub me.

Domine quid est homo, quia innotuisti ei? aut filius hominis, quia reputas eum?

Homo vanitati similis factus est: dies eius sicut vmbra prætereunt.

Domine inclina cælos tuos, & descende: tange montes, & fumigabunt.

Fulgura coruscationem, & dissipabis eos: emitte sagittas tuas, & conturbabis eos.

Emitte manum tuam de alto, eripe me, & libera me de aquis multis: de manu filiorum alienorũ.

Quorum os locutum est vanitatem: & dextera eorum, dextera iniquitatis. Diuisio.

DEus canticum nouum cantabo tibi: in psalterio decachordo psallam tibi.

Qui das salutem regibus: qui redemisti Dauid seruum tuum de gladio maligno, eripe me.

Et erue me de manu filiorum alienorum, quorũ os locutum est vanitatem: & dextera eorum, dextera iniquitatis.

Quorum filij, sicut nouellæ plantationes: in

iuuentute ſua.
Filiæ eorum compoſitæ: circumornatæ vt ſimilitudo templi.
Promptuaria eorum plena: eructantia ex hoc in illud.
Oues eorũ fœtoſę, abundantes in egreſſibus ſuis: boues eorum craſſæ.
Non eſt ruina maceriæ: neque tranſitus, neque clamor in plateis eorum.
Beatum dixerunt populum, cui hæc ſunt: beatus populus, cuius Dominus Deus eius.
Antiphona. Benedictus Dominus Deus meus.
Antiphona. Per ſingulos dies. Pſalmus 144.
EXaltabo te Deus meus rex: & benedicam nomini tuo in ſæculum, & in ſæculum ſæculi.
Per ſingulos dies benedicam tibi: & laudabo nomen tuum in ſæculum, & in ſæculum ſæculi.
Magnus Dominus & laudabilis nimis: & magnitudinis eius non eſt finis.
Generatio & generatio laudabit opera tua: & potentiam tuam pronunciabunt.
Magnificentiam gloriæ ſanctitatis tuæ loquentur: & mirabilia tua narrabunt.
Et virtutem terribilium tuorum dicent: & magnitudinem tuam narrabunt.
Memoriam abundantiæ ſuauitatis tuæ eructabunt: & iuſtitia tua exultabunt.
Miſerator & miſericors Dominus: patiens, & mul-

multum misericors.
Suauis Dominus vniuersis: & miserationes eius super omnia opera eius.
Aña. Per singulos dies benedicam te Domine.
Tempore Paschali, Antiphona. Alleluia, alleluia, alleluia. Capitulum. 2.Cor.1.a.3.
BEnedictus Deus, & Pater Domini nostri Iesu Christi: Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis: qui consolatur nos in omni tribulatione nostra. ℞.breu. Benedicam Dominum, In omni tempore. Benedicam. ℣. Semper laus eius in ore meo. In omni. ℣. Gloria Patri. Benedicam. Hymnus.

PLasmator hominis Deus,
Qui cuncta solus ordinans,
Humum iubes producere
Reptantis & feræ genus.
Qui magna rerum corpora,
Dictu iubentis viuida,
Vt seruiant per ordinem
Subdens dedisti homini.
Repelle à seruis tuis
Quidquid per immunditiam,
Aut moribus se suggerit,
Aut actibus se interserit.
Da gaudiorum præmia,
Da gratiarum munera:
Dissolue litis vincula,

Adstrin-

Adſtringe pacis fœdera.
Præſta Pater pijſſime,
Patriq. compar Vnice,
Cum Spiritu paraclito,
Regnans per omne ſæculum, Amen.
℣. Dirigatur Domine oratio mea.
℟. Sicut incenſum in conſpectu tuo.

Ad Magnificat, Antiphona.

Depoſuit potentes, ſanctos perſequentes: & exaltauit humiles Chriſtum confitentes.

SABBATO.

Ad Veſperas, Antiphona. Regnum tuum.
Tempore Paſchali, Antiphona. Alleluia.

Diuiſio Pſalmi 144.

COnfiteantur tibi Dominè omnia opera tua: & ſancti tui benedicant tibi.
Gloriam regni tui dicent: & potentiam tuam loquentur.
Vt notam faciant filijs hominum potentiam tuam: & gloriam magnificentiæ regni tui.
Regnũ tuũ, regnũ omnium ſæculorũ: & dominatio tua in omni generatione, & generationem.
Fidelis Dominus in omnibus verbis ſuis: & ſanctus in omnibus operibus ſuis.
Alleuat Dñs oẽs qui corruũt: & erigit oẽs eliſos.
Oculi omnium in te ſperant Domine: & tu das eſcam illorum in tempore opportuno.
Aperis tu manum tuam: & imples omne animal

mal benedictione.

Iuſtus Dominus in omnibus vijs ſuis: & ſanctus in omnibus operibus ſuis.

Propè eſt Dominus omnibus inuocātibus eum: omnibus inuocantibus eum in veritate.

Voluntatem timentium ſe faciet: & deprecationem eorum exaudiet, & ſaluos faciet eos.

Cuſtodit Dominus omnes diligentes ſe: & omnes peccatores diſperdet.

Laudationem Domini loquetur os meum: & benedicat omnis caro nomini ſancto eius in ſæculum, & in ſæculum ſæculi.

Aña. Regnum tuum Domine, regnum omnium ſæculorum. Aña. Laudabo. Pſalmus 145.

LAuda anima mea Dominũ, laudabo Dñm in vita mea: pſallã Deo meo quamdiu fuero.

Nolite confidere in principibus: in filijs hominum, in quibus non eſt ſalus.

Exibit ſpiritus eius, & reuertetur in terram ſuam: in illa die peribunt omnes cogitationes eorum.

Beatus, cuius Deus Iacob adiutor eius, ſpes eius in Domino Deo ipſius: qui fecit cælum & terram, mare, & omnia quæ in eis ſunt.

Qui cuſtodit veritatem in ſæculum, facit iudiciũ iniuriam patientibus: dat eſcam eſurientibus.

Dominus ſoluit compeditos; Dominus illuminat cæcos.

Dominus erigit eliſos: Dominus diligit iuſtos.

Dominus custodit aduenas, pupillum, & viduã suscipiet: & vias peccatorum disperdet.
Regnabit Dominus in sæcula, Deus tuus Sion: in generationem & generationem.
Antiphona. Laudabo Deum meum in vita mea.
Antiphona. Deo nostro. Psalmus 146.
LAudate Dñm quoniam bonus est psalmus: Deo nostro sit iucunda decoraque laudatio.
Ædificans Ierusalem Dominus: dispersiones Israëlis congregabit.
Qui sanat contritos corde: & alligat contritiones eorum.
Qui numerat multitudinem stellarum: & omnibus eis nomina vocat.
Magnus Dominus noster, & magna virtus eius: & sapientiæ eius non est numerus.
Suscipiens mansuetos Dominus: humilians autem peccatores vsque ad terram.
Præcinite Domino in confessione: psallite Deo nostro in cithara.
Qui operit cælum nubibus: & parat terræ pluuiam.
Qui producit in montibus fænum: & herbam seruituti hominum.
Qui dat iumentis escam ipsorum: & pullis coruorum inuocantibus eum.
Non in fortitudine equi voluntatem habebit: nec in tibijs viri beneplacitum erit ei.
Bene-

Beneplacitum est Domino super timentes eum: & in eis, qui sperant super misericordia eius.

Antiphona. Deo nostro iucunda sit laudatio.

Antiphona. Lauda. Psalmus 147.

LAuda Ierusalem Dominum: lauda Deum tuum Sion.

Quoniam confortauit seras portarum tuarum: benedixit filijs tuis in te.

Qui posuit fines tuos pacem: & adipe frumenti satiat te.

Qui emittit eloquium suum terrę: velociter currit sermo eius.

Qui dat niuem sicut lanam: nebulam sicut cinerem spargit.

Mittit crystallum suam sicut buccellas: ante faciem frigoris eius quis sustinebit?

Emittet verbum suum, & liquefaciet ea: flabit spiritus eius, & fluent aquæ.

Qui annuntiat verbum suum Iacob: iustitias & iudicia sua Israël.

Non fecit taliter omni nationi: & iudicia sua non manifestauit eis. Laudate. Cantate. Laudate.

Antiphona. Lauda Ierusalem Dominum.

Tempore Paschali, Antiphona. Alleluia, alleluia, alleluia. Capitulum. Rom. 11. d. 33.

O Altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ Dei: quam incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. ℟. bre. Magnus Domi-

Dominus noster; Et magna virtus eius. Magnus. ℣. Et sapientiæ eius non est numerus. Et magna. Gloria. Magnus. Hymnus.

O Lux beata Trinitas,
Et principalis Vnitas;
Iam sol recedit igneus,
Infunde lumen cordibus.
Te manè laudum carmine,
Te deprecemur vespere;
Te nostra supplex gloria,
Per cuncta laudet sæcula.
Deo Patri sit gloria,
Eiusq. soli Filio,
Cum Spiritu paraclito,
Et nunc & in perpetuum, Amen.

℣. Vespertina oratio ascendat ad te Domine.
℟. Et descendat super nos misericordia tua.

Ad Magnificat, Antiphona.

Suscepit Deus Israël puerum suum: sicut locutus est ad Abraham, & semen eius: exaltare humiles vsque in sæculum. Capitulum. O altitudo, dicitur in Vesperis Sabbati, ab Octaua Pentecost. vsque ad Aduentum, & ab Octaua Epipha. vsque ad Septuagesimam. Hymn. & Vers. etiam vsque ad Quadragesimam. Antiphona ad Magnificat, ab Octaua Epiphaniæ vsque ad Septuagesimam tantùm. Post Antiphonā dicitur Oratio propria. Deinde fiunt sequentes Commemorationes

com-

communes, seu Suffragia Sanctorum quę dicuntur etiam ad Laudes.

COMMEMORATIONES

Communes, siue Suffragia.

Cómemoratio de Cruce in Ferali tantũ Officio.

Ad Vesperas, & Laudes, Aña. Per signum Crucis de inimicis nostris libera nos Deꝰ noster. ℣. Omnis terra adoret te, & psallat tibi. ℟. Psalmum dicat nomini tuo Domine. Oremus. Oratio.

PErpetua nos quæsumus Domine, pace custodi, quos per lignum sanctæ Crucis redimere dignatus es.

De Sancta Maria, quando non dicitur eius Officium paruum.

Ad Vesperas, & Laudes, Antiphona.

SAncta Maria succurre miseris, iuua pusillanimes, refoue flebiles, ora pro populo, interueni pro clero, intercede pro deuoto femineo sexu: sentiant omnes tuum iuuamen, quicumque celebrant tuam sanctam commemorationem.

℣. Ora pro nobis sancta Dei genitrix.

℟. Vt digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus. Oratio.

COncede nos famulos tuos, quęsumus Domine Deus, perpetua mentis & corporis sanitate gaudere: & gloriosa beatæ Mariæ semper virginis intercessione, à præsenti liberari tristitia, & æterna perfrui lætitia.

Ab Octaua Epiphaniæ vſque ad Purificationẽ dicitur ℣. Poſt partũ virgo inuiolata permanſiſti. ℟. Dei genitrix intercede pro nobis. Oratio.

DEus, qui ſalutis æternæ, beatæ Mariæ virginitate fecunda, humano generi præmia præſtitiſti: tribue quæſumus, vt ipſam pro nobis intercedere ſentiamus, per quam meruimus auctorem vitæ ſuſcipere Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum.

De Apoſtolis.

Ad Veſperas, Añ. Petrus Apoſtolus, & Paulus doctor gentium, ipſi nos docuerunt legẽ tuam Domine. ℣. Conſtitues eos principes ſuper omnem terrã. ℟. Memores erunt nominis tui Dñe.
Ad Laudes, Añ. Glorioſi principes terræ quomodo in vita ſua dilexerunt ſe, ita & in morte nõ sũt ſeparati. ℣. In omnẽ terrã exiuit ſonus eorũ. ℟. Et in fines orbis terræ verba eorum. Oratio.

DEus, cuius dextera beatum Petrum ambulantem in fluctibus ne mergeretur, erexit: & coapoſtolum eius Paulum tertiò naufragantem, de profundo pelagi liberauit: exaudi nos propitius, & concede; vt amborum meritis æternitatis gloriam conſequamur.

De S. Benedicto Abbate.

Ad Veſperas, Añ. Sanctiſſime Confeſſor Domini, monachorum Pater & Dux Benedicte, intercede pro noſtra omniumq. ſalute.

Ad Laudes, Aña. O beati viri Benedicti sancta præconia, ò inæstimabilis dilectio charitatis: qui dum sæculi pompam contempsit, æternæ vitæ coniunctus est. ℣. Iustus germinabit sicut liliũ. ℟. Et florebit in æternum ante Dñm. Oratio.

EXcita Domine in Ecclesia tua spiritum, cui beatus Benedictus Abbas seruiuit: vt eodem nos repleti, studeamus amare quod amauit, & opere exercere quod docuit.

De Patrono vel Titulari Ecclesiæ fiat Commemoratio cõsueta ante vel post Cõmemorationes prædictas, pro dignitate illius: & vltimo loco.

De Pace.

Ad Vesperas, & Laudes, Aña. Da pacẽ Domine in diebus nostris, quia non est alius qui pugnet pro nobis, nisi tu Deus noster. ℣. Fiat pax in virtute tua. ℟. Et abundantia in turribus tuis. Oro.

DEus, à quo sancta desideria, recta consilia, & iusta sunt opera: da seruis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem: vt, & corda nostra mandatis tuis dedita, & hostium sublata formidine, tempora sint tua protectione tranquilla. Per Dominum nostrum.

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

℣. Benedicamus Domino. ℟. Deo gratias.

℣. Fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace. ℟. Amen.

Deinde dicitur secretò, Pater noster.

Sic terminatur Officium, vbi alia non sequatur Hora, vt dicitur in Rubrica de Oratione Dñica.

Dictæ Cõmemorationes, seu suffragia, dñr ab Oct. Pentec. vsq. ad Aduentũ, & ab Octa. Epiph. vsq. ad Dñicam Passionis, exceptis Duplicibus, & infrà Octauas. Quando dicitur Officium beatæ Mariæ, non fit alia commemoratio de ea.

In Feriali Officio ante Commemorationem de S. Maria, de Apostolis, & de beato Benedicto, primo fit commemoratio de Cruce, vt suprà.

AD COMPLETORIVM.

Lector incipit ℣. Iube domne benedicere.

Benedictio. Noctem quietam, & finem perfectum concedat nobis Dominus omnipotens.

℟. Amen. Lectio breuis. *1. Pet. 5. b. 8.*

FRatres, Sobrij estote, & vigilate: quia aduersarius vester diabolus tamquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret: cui resistite fortes in fide. Tu autem Domine miserere nobis.

℟. Deo gratias. ℣. Adiutorium nostrum in nomine Domini. ℟. Qui fecit cælum & terram.

Pater noster. dicitur totum secretò.

Deinde fit Confessio communis alternatim, vt suprà ad Primam. 7. Et facta Absolutione, dicitur ℣. Conuerte nos Deus salutaris noster.

℟. Et auerte iram tuam à nobis.

℣. Deus in adiutorium meum intende. ℟. Domine ad adiuuandum me festina.

Gloria

Gloria Patri, & Filio. Sicut erat. Psalmus 4.

CVm inuocarem, exaudiuit me Deus iustitiæ meæ: in tribulatione dilatasti mihi.

Miserere mei: & exaudi orationem meam.

Filij hominum vsquequo graui corde? vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium?

Et scitote quoniam mirificauit Dñs sanctũ suũ: Dominus exaudiet me, cùm clamauero ad eum.

Irascimini, & nolite peccare: quę dicitis in cordibus vestris, in cubilibus vestris compungimini.

Sacrificate sacrificium iustitiæ, & sperate in Domino: multi dicunt, Quis ostendit nobis bona?

Signatum est super nos lumen vultus tui Domine: dedisti lætitiam in corde meo.

A fructu frumenti, vini, & olei sui: multiplicati sunt.

In pace in idipsum: dormiam, & requiescam.

Quoniam tu Domine singulariter in spe: constituisti me. Psalmus 90.

QVi habitat in adiutorio Altissimi: in protectione Dei cæli commorabitur.

Dicet Domino, Susceptor meus es tu, & refugiũ meum: Deus meus sperabo in eum.

Quoniam ipse liberauit me de laqueo venantium: & à verbo aspero.

Scapulis suis obumbrabit tibi: & sub pennis eius sperabis.

Scuto circumdabit te veritas eius: non timebis à

timore nocturno.
A ſagitta volante in die, à negotio perambuláte in tenebris: ab incurſu, & dæmonio meridiano.
C adent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis: ad te autem non appropinquabit.
V erumtamen oculis tuis conſiderabis: & retributionem peccatorum videbis.
Q uoniam tu es Domine ſpes mea: Altiſſimum poſuiſti refugium tuum.
N on accedet ad te malum: & flagellum non appropinquabit tabernaculo tuo.
Q uoniam Angelis ſuis mandauit de te: vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis.
I n manibus portabunt te: ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum.
S uper aſpidem & baſiliſcum ambulabis: & conculcabis leonem & draconem.
Q uoniam in me ſperauit, liberabo eum: protegam eum, quoniam cognouit nomen meum.
C lamabit ad me, & ego exaudiá eũ: cũ ipſo ſum in tribulatione, eripiam eum, & glorificabo eum.
L ongitudine dierum replebo eum: & oſtendam illi ſalutare meum.

Pſalmus 133.

E Cce nunc benedicite Dominũ: omnes ſerui Domini.
Q ui ſtatis in domo Domini: in atrijs domus Dei noſtri.
I n noctibus extollite manus veſtras in ſancta:
&

& benedicite Dominum.

Benedicat te Dominus ex Sion: qui fecit cælum & terram.

Hymnus.

TE lucis ante terminum
Rerum creator poſcimus,
Vt ſolita clementia
Sis præſul ad cuſtodiam.
Procul recedant ſomnia,
Et noctium phantaſmata;
Hoſtemq. noſtrum comprime,
Ne polluantur corpora.
Præſta Pater omnipotens,
Per Ieſum Chriſtum Dominum,
Qui tecum in perpetuum
Regnat cum ſancto Spiritu. Amen.

Capitulum. *Hier. 14. b. 9.*

TV autem in nobis es Domine, & nomen ſanctum tuum inuocatum eſt ſuper nos: ne derelinquas nos Domine Deus noſter.

℣. Cuſtodi nos Domine vt pupillam oculi.

℟. Sub vmbra alarum tuarum protege nos.

Kyrie eleiſon. Chriſte eleiſon. Kyrie eleiſon.

Pater noſter. ſecretò vſque ad ℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo.

Sequentes Preces ſemper dicuntur prætерquam in Officio duplici, & infrà Octauas. Preces. Credo in Deum, ſecretò, vſque ad ℣. Carnis reſurrectionem. ℟. Vitam æternam, Amen.

℣. Dignare Domine nocte iſta. ℟. Sine peccato nos cuſtodire. ℣. Domine exaudi orationẽ meã. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo. Oremus. Oratio.

VIſita, quæſumus Domine, habitationem iſtam, & omnes inſidias inimici ab ea longè repelle: Angeli tui ſancti habitent in ea, qui nos in pace cuſtodiant: & benedictio tua ſit ſuper nos ſemper. Per Dominum noſtrum.

℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.
℣. Benedicamus Domino. ℟. Deo gratias.

Benedictio. Benedicat & cuſtodiat nos omnipotens & miſericors Dominus, Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus. ℟. Amen.

Et non dicitur, Fidelium animæ. ſed immediatè dicitur vna ex infraſcriptis Añis, pro tempore.

A Veſperis Sabbati ante Dominicam j. Aduẽtus, vſq. ad Purificationẽ incluſiuè, Antiphona.

ALma Redemptoris mater, quæ peruia cæli,
Porta manes, & ſtella maris, ſuccurre cadẽti,
Surgere qui curat, populo: tu quæ genuiſti,
Natura mirante, tuum ſanctum genitorem,
Virgo priùs ac poſteriùs, Gabrielis ab ore
Sumens illud Aue, peccatorum miſerere.

In Aduentu, ℣. Angelus Dñi nunciauit Mariæ.
℟. Et concepit de Spiritu ſancto. Oremus. Oro.

GRatiam tuam, quæſumus Domine, mentibus noſtris infunde: vt qui Angelo nũciante,

te,

te, Christi filij tui incarnationem cognouimus; per passionem eius & crucem ad resurrectionis gloriam perducamur. Per eumdem Christum Dominum nostrum. ℟. Amen.

A primis Vesp. Natiuitatis, & deinceps ℣. Post partum virgo inuiolata permansisti. ℟. Dei genitrix intercede pro nobis. Oratio.

DEus, qui salutis æternæ, beatæ Mariæ virginitate fecunda, humano generi præmia præstitisti: tribue quæsumus; vt ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per quam meruimus auctorem vitæ suscipere Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum. ℟. Amen.

Post Purificationem, id est, à fine Completorij illius diei, vsque ad Feriam quintam in Cęna Domini exclusiuè, Antiphona.

AVe Regina cælorum,
Aue Domina Angelorum:
Salue radix, salue porta,
Ex qua mundo lux est orta.
Gaude virgo gloriosa,
Super omnes speciosa,
Vale ò valdè decora,
Et pro nobis Christum exora.

℣. Dignare me laudare te, virgo sacrata.
℟. Da mihi virtutem cõtra hostes tuos. Oratio.

COncede misericors Deus fragilitati nostræ præsidium: vt qui sanctæ Dei genitricis me-

moriam agimus: intercesſionis eius auxilio à noſtris iniquitatibus reſurgamus. Per eumdẽ Chriſtum Dominum noſtrum. Amen.

A Completorio Sabbati ſancti vſque ad Nonã Sabbati poſt Pentecoſten incluſiuè, Antiphona.

REgina cæli lætare, alleluia.
Quia quem meruiſti portare, alleluia.
Reſurrexit ſicut dixit, alleluia.
Ora pro nobis Deum, alleluia.

℣. Gaude & lętare virgo Maria, alleluia. ℟. Quia ſurrexit Dominus verè, alleluia. Oratio.

DEus, qui per reſurrectionem filij tui Domini noſtri Ieſu Chriſti mundum lætificare dignatus es: præſta quæſumus; vt per eius genitricem virginem Mariam, perpetuæ capiamus gaudia vitæ. Per eumdem Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

A primis Veſperis Feſti Trinitatis, vſque ad Nonam Sabbati ante Aduentum, Antiphona.

SAlue Regina, mater miſericordiæ, vita, dulcedo, & ſpes noſtra ſalue. Ad te clamamus exules, filij Euæ. Ad te ſuſpiramus gementes & flentes in hac lacrymarum valle. Eia ergo aduocata noſtra, illos tuos miſericordes oculos ad nos cõuerte. Et Ieſum benedictum fructum ventris tui, nobis poſt hoc exilium oſtende. O clemens, ò pia, ò dulcis virgo Maria.

℣. Ora pro nobis ſancta Dei genitrix.

℟. Vt digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

Oratio.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui glorioſæ virginis matris Mariæ corpus & animá, vt dignum Filij tui habitaculum effici mereretur, Spiritu ſancto cooperante pręparaſti: da vt cuius commemoratione lætamur, eius pia interceſſione ab inſtantibus malis, & à morte perpetua liberemur. Per eumdem Chriſtum Dominum noſtrum. ℟. Amen.

℣. Diuinum auxiliũ maneat ſemper nobiſcum.
℟. Et cum fratribus noſtris abſentibus. Amen.

Deinde dicitur ſecretò, Pater noſter. Aue Maria. & Credo.

Sic dicitur Completorium per totum annum, præterquam in triduo maioris Hebdomadæ.

Si poſt Completorium immediatè ſequatur Matutinum, tunc bis dicatur, Pater noſter, Aue Maria, & Credo, quia Completorium, quod eſt finis Officij, ſic terminari debet, & ante Matutinum iterum repetitur pro principio Officij ſequentis diei.

Antiphonæ prædictæ dicuntur etiam in fine Laudum, quando diſcedendum eſt à Choro: ſed ſi immediatè poſt Matutinum ſubſequatur Prima, vel alia Hora, dicitur in fine vltimæ Horæ, ita vt dicatur ſemper, quando terminata aliqua Hora diſcedendum eſt à Choro: & tunc

poſt

post ℣. Fidelium animę, & Pater noster, secretò dicitur ℣. Dominus det nobis suam pacem.
℟. Et vitam æternam. Amen.
Deinde vna ex predictis Antiphonis: & in fine, Diuinum auxilium maneat semper nobiscum.
℟. Et cum fratribus nostris absentibus. Amen.
Extra Chorum autem dicuntur in fine Laudum, si tunc terminandum sit Officium: alioquin in fine vltimæ Horæ. Post alias vero Horas, quando terminatur Officium, dicitur tantum, Pater noster. secretò.

In triduo maioris Hebdomadæ ante Pascha dicitur ad Completorium post Psalmos.

Canticum Simeonis. *Luc. 2. d. 29.*

NVnc dimittis seruum tuum Domine: secundum verbum tuum in pace.
Quia viderunt oculi mei: salutare tuum.
Quod parasti: ante faciem omniũ populorum.
Lumen ad reuelationem gentium: & gloriam plebis tuæ Israël.

Finis Psalterij.

CANTICA DICENDA

In tertio Nocturno pro temporis diuersitate.

In Aduentu, Dominicis diebus.

Canticum Isaiæ Prophetæ. *Cap.40.b.10.*

ECce Dominus Deus in fortitudine veniet: & brachium eius dominabitur.

Ecce merces eius cum eo: & opus illius corã illo.

Sicut pastor gregem suum pascet, in brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo leuabit: fœtas ipse portabit.

Quis mensus est pugillo aquas: & cælos palmo ponderauit?

Quis appendit tribus digitis molem terræ: & librauit in pondere montes, & colles in statera?

Quis adiuuit spiritum Domini: aut quis consiliarius eius fuit, & ostendit illi?

Cum quo iniit consilium & instruxit eum, & docuit eum semitam iustitiæ: & erudiuit eum scientiam, & viam prudentiæ ostendit illi?

Ecce gentes quasi stilla situlæ: & quasi momentum stateræ reputatæ sunt.

Ecce insulæ quasi puluis exiguus, & Libanus nõ sufficiet ad succendendum: & animalia eius non sufficient ad holocaustum.

Omnes

Omnes gentes quaſi non ſint, ſic ſunt coram eo: & quaſi nihilũ, & inane reputatę ſunt ei. Gloria.

Canticum eiuſdem. *Cap. 42. b. 10.*

CAntate Domino cãticum nouum: laus eius ab extremis terræ.

Qui deſcenditis in mare, & plenitudo eius: inſulæ, & habitatores earum.

Subleuetur deſertum, & ciuitates eius: in domibus habitabit Cedar.

Laudate habitatores Petræ: de vertice montium clamabunt.

Ponent Domino gloriam: & laudem eius in inſulis nunciabunt.

Dominus ſicut fortis egredietur: ſicut vir præliator ſuſcitabit zelum.

Vociferabitur & clamabit: ſuper inimicos ſuos confortabitur.

Tacui ſemper, ſilui, patiens fui: ſicut parturiens loquar.

Diſſipabo & abſorbebo ſimul: Deſertos faciam mõtes, & colles, & omne gramen eorũ exſiccabo.

Et ponã flumina in inſulas: & ſtagna arefaciam.

Et ducam cæcos in viam, quã neſciunt: & in ſemitis, quas ignorauerunt ambulare eos faciam.

Ponam tenebras coram eis in lucem: & praua in recta. Gloria. Canticum eiuſdem. *Cap. 49. b. 7.*

HÆc dicit Dominus redemptor Iſraël, ſanctus eius, ad contemptibilem animam: ad abomi-

abominatam gentem, ad ſeruum dominorum.

R eges videbunt & conſurgẽt principes, & adorabunt propter Dominũ, quia fidelis eſt: & ſanctum Iſraël qui elegit te.

H æc dicit Dominus: In tempore placito exaudiui te: & in die ſalutis auxiliatus ſum tui.

E t ſeruaui te, & dedi te in fœdus populi: vt ſuſcitares terram, & poſſideres hereditates diſſipatas.

V t diceres his, qui vincti ſunt: Exite, & his qui in tenebris, Reuelamini.

S uper vias paſcentur: & in omnibus planis paſcua eorum.

N on eſurient, neque ſitient, & non percutiet eos æſtus & ſol: quia miſerator eorum reget eos, & ad fontes aquarum potabit eos.

E t ponam omnes montes meos in viam: & ſemitæ meæ exaltabuntur.

E cce iſti de longè venient, & ecce illi ab Aquilone, & mari: & iſti de terra auſtrali.

L audate cæli, & exulta terra, iubilate mõtes laudem: quia conſolatus eſt Dominus populum ſuum, & pauperum ſuorũ miſerebitur. G loria.

In Natiuitate Domini, Circumciſione, & Epiphania, & in Dominicis infrà eorum Octauas occurrentibus.

Canticum Iſaiæ Prophetæ. *Cap. 9. a. 2.*

P Opulus, qui ambulabat in tenebris: vidit lucem magnam.

H abi-

Habitantibus in regione vmbræ mortis: lux orta eſt eis.
Multiplicaſti gentem: nõ magnificaſti lætitiam.
Lætabuntur coram te, ſicut qui lętantur in meſſe: ſicut exultant victores capta præda, quando diuidunt ſpolia.
Iugum enim oneris eius, & virgam humeri eius: & ſceptrum exactoris eius ſuperaſti, ſicut in die Madian.
Quia omnis violenta prædatio cum tumultu: & veſtimentum mixtum ſanguine, erit in combuſtionem, & cibus ignis.
Paruulus enim natus eſt nobis: & filius datus eſt nobis.
Et factus eſt principatus ſuper humerum eius: & vocabitur nomen eius, Admirabilis, cõſiliarius.
Deus, fortis, pater futuri ſæculi: princeps pacis.
Multiplicabit eius imperiũ: & pacis nõ erit finis.
Super ſolium Dauid, & ſuper regnum eius ſedebit: vt confirmet illud, & corroboret in iudicio, & iuſtitia.
A modò & vſque in ſempiternum: zelus Domini exercituum faciet hoc. Gloria Patri.

Canticum eiuſdem. *Cap. 26. a. 1.*

VRbs fortitudinis noſtræ Sion ſaluator: ponetur in ea murus & antemurale.
Aperite portas, & ingrediatur gens iuſta: cuſtodiens veritatem.

Vetus error abijt, ſeruabis pacem: pacem, quia in te ſperauimus.

Speraſtis in Domino in ſæculis æternis: in Domino Deo forti in perpetuum.

Quia incuruabit habitantes in excelſo: ciuitatem ſublimem humiliabit.

Humiliabit eam vſque ad terram: detrahet eam vſque ad puluerem.

Conculcabit eam pes, pedes pauperis: greſſus egenorum.

Semita iuſti recta eſt: rectus callis iuſti ad ambulandum.

Et in ſemita iudiciorum tuorum Domine ſuſtinuimus te: nomen tuum, & memoriale tuum in deſiderio animæ.

Anima mea deſiderauit te in nocte: ſed & ſpiritu meo in præcordijs meis de mane vigilabo ad te.

Cùm feceris iudicia tua in terra: iuſtitiam diſcẽt habitatores orbis.

Miſereamur impio, & non diſcet iuſtitiam: in terra ſanctorum iniqua geſſit, & non videbit gloriam Domini.

Domine exaltetur manus tua, & non videant: videant, & confundantur zelãtes populi, & ignis hoſtes tuos deuoret.

Domine dabis pacem nobis: omnia enim opera noſtra operatus es nobis.

Gloria Patri, & Filio.

Cañ-

Canticum eiuſdem. *Cap.66.c.10.*

LÆtamini cum Ieruſalem, & exultate in ea: omnes qui diligitis eam.

Gaudete cum ea gaudio vniuerſi, qui lugetis ſuper eam vt ſugatis: & repleamini ab vbere conſolationis eius.

Vt mulgeatis & delicijs affluatis: ab omnimoda gloria eius.

Quia hæc dicit Dominus: Ecce ego declinabo ſuper eam quaſi fluuium pacis; & quaſi torrentem inundantem gloriam gentium.

Quam ſugetis: ad vbera portabimini, & ſuper genua blandientur vobis.

Quomodo ſi cui mater blandiatur, ita ego conſolabor vos: & in Ieruſalem conſolabimini.

Videbitis, & gaudebit cor veſtrum: & oſſa veſtra quaſi herba germinabunt.

Et cognoſcetur manus Domini ſeruis eius: & indignabitur inimicis ſuis.

Quia ecce Dominus in igne veniet, & quaſi turbo quadrigæ eius: reddere in indignatione furorem ſuum, & increpationem ſuam in flamma ignis.

Quia in igne Dominus dijudicabit, & in gladio ſuo ad omnem carnem: & multiplicabuntur interfecti à Domino.

Gloria Patri, & Filio.

In Quadragesima Dominicis diebus vsque ad Pascha. Canticum Ieremię. *Cap.14.c.17.*

DEducant oculi mei lacrymam per noctem & diem: & non taceant.

Quoniam contritione magna contrita est virgo filia populi mei: plaga pessima vehementer.

Si egressus fuero ad agros, ecce occisi gladio: & si introiero in ciuitatem, ecce attenuati fame.

Propheta quoque & sacerdos abierunt in terrã: quam ignorabant.

Numquid proijciens abiecisti Iudam? aut Sion abominata est anima tua?

Quare ergo ꝑcussisti nos: ita vt nulla sit sanitas?

Expectauimus pacem, & non est bonum: & tempus curationis, & ecce turbatio.

Cognouimus Dñe impietates nostras: iniquitates patrum nostrorum, quia peccauimus tibi.

Ne des nos in opprobrium propter nomen tuũ: neq. facias nobis cõtumeliam solij gloriæ tuæ.

Recordare: ne irritum facias fœdus tuũ nobiscũ.

Canticum eiusdem. *Thren.c.5.a.1.*

REcordare Domine quid acciderit nobis: intuere, & respice opprobrium nostrum.

Hereditas nostra versa est ad alienos: domus nostræ ad extraneos.

Pupilli facti sumus absque patre: matres nostræ quasi viduæ.

Aquam nostram pecunia bibimus: ligna nostra

pretio comparauimus.
Ceruicibus noſtris minabamur: laſſis non dabatur requies.
Ægypto dedimus manũ, & Aſſyrijs: vt ſaturaremur pane.
Patres noſtri peccauerunt, & non ſunt: & nos iniquitates eorum portauimus.
Defecit gaudium cordis noſtri: verſus eſt in luctum chorus noſter.
Cecidit corona capitis noſtri: væ nobis, quia peccauimus.
Propterea mœſtum factum eſt cor noſtrũ: ideo contenebrati ſunt oculi noſtri.
Tu autem Domine in æternum permanebis: ſolium tuum in generationem & generationem.
Quare in perpetuum obliuiſceris noſtri? derelinques nos in longitudine dierum.
Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur: innoua dies noſtros, ſicut à principio.

Canticum Ezechiel. *Cap. 36. e. 24.*

TOllam quippe vos de gentibus, & congregabo vos de vniuerſis terris: & adducam vos in terram veſtram.
Et effundam ſuper vos aquam mundam, & mũdabimini ab omnibus inquinamentis veſtris: & ab vniuerſis idolis veſtris mundabo vos.
Et dabo vobis cor nouum: & ſpiritum nouum ponam in medio veſtri.
Et auferam cor lapideum de carne veſtra: & dabo

bo vobis cor carneum.

Et spiritum meum ponam in medio vestri: & faciam vt in præceptis meis ambuletis, & iudicia mea custodiatis, & operemini.

Et habitabitis in terra, quam dedi patribus vestris: & eritis mihi in populum, & ego ero vobis in Deum. Gloria Patri, & Filio.

A Pascha vsque ad Pentecosten in Officio de Tempore.

Canticum Isaiæ Prophetę. Cap. 63. a. 1.

QVis est iste, qui venit de Edon: tinctis vestibus de Bosra?

Iste formosus in stola sua: gradiens in multitudine fortitudinis suæ.

Ego qui loquor iustitiam: & propugnator sum ad saluandum.

Quare ergo rubrum est indumentum tuum: & vestimenta tua sicut calcantium in torculari?

Torcular calcaui solus: & de Gentibus non est vir mecum.

Calcaui eos in furore meo: & conculcaui eos in ira mea.

Et aspersus est sanguis eorum super vestimenta mea: & omnia indumenta mea inquinaui.

Dies enim vltionis in corde meo: annus redemptionis meæ venit.

Circumspexi, & non erat auxiliator: quæsiui, & non fuit qui adiuuaret.

Et saluauit mihi brachium meum:& indignatio mea ipsa auxiliata est mihi. Gloria Patri.

Canticum Oseæ Proph. *Cap.6.a.1.*

VEnite reuertamur ad Dominum: quia ipse cepit,& sanabit nos: pcutiet,& curabit nos.

Viuificabit nos post duos dies:in die tertia suscitabit nos, & viuemus in conspectu eius.

Sciemus, sequemurque: vt cognoscamus Dominum.

Quasi diluculum præparatus est egressus eius:& veniet quasi imber nobis temporaneus,& serotinus terræ.

Quid faciam tibi Ephraim? quid faciam tibi Iuda? misericordia vestra quasi nubes matutina, & quasi ros manè pertransiens.

Propter hoc dolaui in Prophetis, occidi eos in verbis oris mei:& iudicia tua quasi lux egredient.

Quia misericordiam volui, & non sacrificium: & scientiam Dei plùs quam holocausta.

Gloria Patri,& Filio.&c.

Canticum Sophoniæ Proph. *Cap.3.b.8.*

EXpecta me, dicit Dominus, in die Resurrectionis meæ in futurum: quia iudicium meũ vt congregem gentes,& colligam regna.

Et effundam super eos indignationem meam: omnem iram furoris mei.

In igne enim zeli mei:deuorabitur omnis terra.

Quia tunc reddam populis labium electum, vt

inuocent

inuocent omnes in nomine Domini:& seruiant ei humero vno.

V ltra flumina Æthiopię, inde supplices mei: filij dispersorum meorum deferent munus mihi.

I n die illa non confunderis super cunctis adinuentionibus tuis: quibus præuaricata es in me.

Q uia tunc auferam de medio tui magniloquos superbiæ tuæ: & non adijcies exaltari amplius in monte sancto meo.

E t derelinquam in medio tui populum pauperem, & egenũ: & sperabunt in nomine Domini.

R eliquiæ Israël non facient iniquitatem, nec loquentur mendacium: & non inuenietur in ore eorum lingua dolosa.

Q uoniam ipsi pascentur, & accubabunt: & non erit qui exterreat.

G loria Patri, & Filio. &c.

In festo sanctissimę Trinitatis Cantica Dominicalia. Domine miserere. fol. 52.

In festo Corporis Christi.

Canticum Prouerb. *Cap. 9. a. 1.*

SApientia ædificauit sibi domum: excidit columnas septem.

I mmolauit victimas suas: miscuit vinum & proposuit mensam suam.

M isit ancillas suas, vt vocarent ad arcem: & ad mænia ciuitatis.

S i quis est paruulus veniat ad me, & insipien-

tibus locuta est.
V enite, comedite panem meum: & bibite vinum, quòd miscui vobis.
R elinquite infantiam, & viuite: & ambulate per vias prudentiæ.
P rincipium sapientiæ timor Domini: & scientia Sanctorum prudentia.
P er me enim multiplicabuntur dies tui: & addentur tibi anni vitæ.
S i sapiens fueris tibimetipsi eris: si autem illusor, solus portabis malum. G loria Patri.

Canticum Ierem. *Cap. 31. b. 10.*

A Vdite verbum Domini gentes: & annunciate in insulis, quæ procul sunt, & dicite.
Q ui dispersit Israël, congregabit eum: & custodiet eum sicut pastor gregem suum.
R edemit enim Dominus Iacob: & liberauit eũ de manu potentioris.
E t venient, & laudabunt in monte Sion: & confluent ad bona Domini.
S uper frumento, & vino, & oleo: & fætu pecorum, & armentorum.
E ritq. anima eorum quasi hortus irriguus: & vltra non esurient.
T unc lætabitur virgo in choro: iuuenes, & senes simul.
E t conuertam luctum eorum in gaudium: & cõsolabor eos, & lætificabo à dolore suo.

Et

Et inebriabo animas sacerdotum pinguedine: & populus meus in bonis meis adimplebitur, ait Dominus. Gloria Patri.

Canticum. *Sap. 16. c. 20.*

ANgelorum esca nutriuisti populum tuum: & paratum panem de cælo præstitisti illis sine labore.

Omne delectamentum in se habentem: & omnis saporis suauitatem.

Substantia enim tua dulcedinem tuam: quam in filios habes ostendebat.

Et deseruiens vniuscuiusque volũtati: ad quod quisq. volebat, conuertebatur.

Vt scirent filij tui quos dilexisti Domine: quoniam non natiuitatis fructus pascunt homines, sed sermo tuus hos, qui in te crediderint, conseruat.

Ingrati enim spes tamquam hybernalis glacies tabescet: & disperiet tamquam aqua superuacua.

Magna sunt enim iudicia tua Domine, & inenarrabilia verba tua: propter hoc indisciplinatæ animæ errauerunt. Gloria Patri.

In festis B. Mariæ virginis, Canticum. Obaudite me. vt infrà. 315.

In festis S. Crucis. Canticum. Domine audiui auditionem. vt suprà. 189.

In festis Angelorum. Canticum. Domine miserere nostri. vt suprà. 52.

In festis Apostolorum & plurim. Pontificum Confessorum. Canticum. *Isai. 61. b. 6.*

VOs Sacerdotes Domini vocabimini: ministri Dei nostri, dicetur vobis.

Fortitudinem gentium comedetis: & in gloria earum superbietis.

Pro confusione vestra duplici: & rubore laudabunt partem suam.

Propter hoc in terra sua duplicia possidebunt: lætitia sempiterna erit eis.

Quia ego Dominus diligens iudicium: & odio habens rapinam in holocausto.

Et dabo opus eorum in veritate: & fœdus perpetuum feriam eis.

Et scient in gentibus semen eorum: & germen eorum in medio populorum.

Omnes, qui viderint eos, cognoscent illos: quia isti sunt semen cui benedixit Dominus.

Canticum Sapientię. *Cap. 3. a. 7.*

FVlgebunt iusti: & tamquam scintillæ in arũdineto discurrent.

Iudicabunt nationes, & dominabuntur populis: & regnabit Dominus illorum in perpetuum.

Qui confidunt in illo, intelligent veritatem: & fideles in dilectione acquiescent illi.

Qm̃ donum: & pax est electis eius. *Cap. 10. c. 17.*

REddidit Deus iustis mercedem laborũ suorum: & deduxit illos in via mirabili.

Et

Et fuit illis in velamento diei: & in luce stellarum per noctem.
Transtulit illos per Mare rubrum: & transuexit illos per aquam nimiam.
Inimicos autem illorum demersit in mare: & ab altitudine inferorum eduxit illos.
Ideò iusti tulerunt spolia impiorum: & decantauerunt Domine nomen sanctum tuum.
Et victricem manum tuam laudauerunt pariter: quoniam sapientia aperuit os mutorum, & linguas infantium fecit disertas.

In festis vnius Marty. Confess. Pont. vel nō Pont. Canticum Eccl. *Cap. 14. & 15. c. 22.*

Beatus vir, qui in sapientia morabitur: & qui in iustitia sua meditabitur, & in sensu cogitabit circumspectionem Dei.
Cibabit illum pane vitæ & intellectus: & aqua sapientiæ salutaris potabit illum.
Et firmabitur in illo, & non flectetur: & continebit illum, & non confundetur; & exaltabit illum apud proximos suos.
Et nomine æterno hereditabit illum: Dominus Deus noster. Gloria. Canticū Ierem. *Cap. 17. a. 7.*

Benedictus vir, qui confidit in Domino: & erit Dominus fiducia eius.
Et erit quasi lignum quod transplantatur super âquas, quod ad humorem mittit radices suas, & non timebit cùm venerit æstus.

Et erit folium eius viride, & in tempore siccitatis non erit sollicitum: nec aliquando desinet facere fructum. Gloria. Canticum Eccl. *Cap. 31. a. 8.*

Beatus vir, qui inuentus est sine macula: & qui post aurum non abijt, nec sperauit in pecunia & thesauris.

Quis est hic, & laudabimus eum? fecit enim mirabilia in vita sua.

Qui probatus est in illo, & perfectus est: erit illi gloria æterna.

Qui potuit transgredi, & non est transgressus: facere mala, & non fecit.

Ideò stabilita sunt bona illius in Domino: & eleemosynas illius enarrabit omnis Ecclesia sanctorum. Gloria Patri, & Filio.

In festis plurimorum Martyrum.

Canticum Sapientiæ. *Cap. 3. a. 1.*

IVstorum animę in manu Dei sunt: & non tanget illos tormentum mortis.

Visi sunt oculis insipientium mori: & æstimata est afflictio exitus illorum.

Et quod à nobis est iter, exterminium: illi autem sunt in pace.

Et si coram hominibus tormenta passi sunt: spes illorum immortalitate plena est.

In paucis vexati, in multis bene disponētur: quoniā Deus tentauit eos, & inuenit illos dignos se.

Tamquam aurum in fornace probauit illos, & quasi

quasi holocausti hostiam accepit illos: & in tempore erit respectus illorum. Gloria Patri. *Ibidem.*

FVlgebunt iusti: & tamquam scintillæ in arúdineto discurrent.

Iudicabunt nationes, & dominabuntur populis: & regnabit Dominus illorum in perpetuum.

Qui confidunt in illo, intelligent veritatem: & fideles in dilectione acquiescent illi.

Quoniam donum: & pax est electis eius.

Gloria Patri. *Eiusdem. Cap. 10. d. 17.*

REddidit Deus Iustis mercedem laborum suorum: & deduxit illos in via mirabili.

Et fuit illis in velamento diei: & in luce stellarum per noctem.

Transtulit illos per Mare rubrum: & transuexit illos per aquam nimiam.

Inimicos autem illorum demersit in mare: & ab altitudine inferorum eduxit illos.

Ideò iusti tulerunt spolia impiorum: & decantauerunt Domine nomen sanctum tuum.

Et victricem manum tuam laudauerunt pariter: quoniam sapientia aperuit os mutorum, & linguas infantium fecit disertas. Gloria Patri.

In Solemnitatibus B. Mariæ virginis, & in festis cuiuslibet Sanctæ.

Canticum Ecclesiast. *Cap. 39. b. 17.*

OBaudite me diuini fructus: & quasi rosa plantata super riuos aquarum fructificate.

Quasi Libanus: odorem suauitatis habete.

Florete flores, quasi lilium, & date odorem, & frondete in gratiam, & collaudate canticum: & benedicite Dominum in operibus suis.

Date nomini eius magnificentiam: & confitemini illi in voce labiorum vestrorum, & in canticis labiorum, & citharis.

Et sic dicetis in confessione: Opera Domini vniuersa bona valdè. Gloria Patri.

Isaiæ Prophetæ. *Cap. 61. & 62. d. 10. a. 1.*

GAudens gaudebo in Domino: & exultabit anima mea in Deo meo.

Quia induit me vestimento salutis: & indumento iustitiæ circumdedit me.

Quasi sponsum decoratum corona: & quasi spōsam ornatam monilibus suis.

Sicut enim terra profert germen suum, & sicut hortus semē suum germinat: sic Dominus Deus germinabit iustitiam, & laudem coram vniuersis gentibus.

Propter Sion non tacebo, & propter Ierusalem non quiescam: donec egrediatur vt splendor iustus eius, & Saluator eius vt lampas accendatur.

Et videbunt gentes iustum tuum: & cuncti reges inclytum tuum.

Et vocabitur tibi nomen nouum: quod os Domini nominabit.

Et eris corona gloriæ in manu Domini: & diadema

dema regni in manu Dei tui. Gloria. *Ibidem.*
NOn vocaberis vltra Derelicta: & terra tua non vocabitur ampliùs Desolata.
Sed vocaberis voluntas mea in ea: & terra tua inhabitata.
Quia complacuit Domino in te: & terra tua inhabitabitur.
Habitabit enim iuuenis cum virgine: & habitabunt in te filij tui.
Et gaudebit sponsus super sponsam: & gaudebit super te Deus tuus.
Super muros tuos Ierusalem constitui custodes: tota die, & tota nocte in perpetuũ non tacebunt.
Qui reminiscimini Domini, ne taceatis, & ne detis silentium ei: donec stabiliat, & donec ponat Ierusalem laudem in terra. Gloria Patri.

In Dedicatione Ecclesiæ.

Canticum Tobiæ. *Tobiæ 13.b.10.*

BEnedicite Dominum omnes electi eius: agite dies lætitiæ, & confitemini illi.
Ierusalem ciuitas Dei: castigauit te Dominus in operibus manuum tuarum.
Confitere Dño in bonis tuis: & benedic Deum sæculorum, vt reædificet in te tabernaculum suum.
Et reuocet ad te omnes captiuos: & gaudeas in omnia sæcula sæculorum.
Luce splendida fulgebis: & omnes fines terræ adora-

adorabunt te.
N ationes ex longinquo ad te venient: & munera deferentes, adorabunt in te Dominum.
E t terram tuam in sanctificationem habebunt: Nomen enim magnum inuocabunt in te.
M aledicti erunt qui contempserint te: & condẽnati erunt omnes qui blasphemauerint te: benedictique erunt qui ædificauerint te.
T u autem lætaberis in filijs tuis: quoniam omnes benedicentur, & congregabuntur ad Dominum. Gloria Patri, & Filio.

Canticum Isaiæ Prophetæ. *Cap. 2. a. 2.*

ERit in nouissimis diebus præparatus mons domus Domini: in vertice montium.
E t eleuabitur super colles: & fluent ad eum omnes gentes.
E t ibunt populi multi, & dicent: Venite & ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob.
E t docebit nos vias suas: & ambulabimus in semitis eius.
Q uia de Siõ exibit lex: & verbum Domini de Ierusalem. Gloria Patri, & Filio.

Canticum Ieremiæ Prophetæ. *Cap. 7. a. 2.*

AVdite verbum Domini omnis Iuda: qui ingredimini per portas has, vt adoretis Dominum.
H æc dicit Dominus exercituum: Deus Israël.

Bonas

Bonas facite vias vestras, & studia vestra: & habitabo vobiscum in loco isto.

Nolite confidere in verbis mendacij, dicentes: Templum Domini, templum Domini, templum Domini est.

Quoniam si bene direxeritis vias vestras: & studia vestra.

Si feceritis iudicium inter virum & proximum eius: aduenæ, & pupillo, & viduæ non feceritis calumniam.

Nec sanguinem innocentem effuderitis in loco hoc: & post deos alienos non ambulaueritis in malum vobismetipsis.

Habitabo vobiscum in loco isto: in terra, quam dedi patribus vestris à sæculo & vsq. in sęculum.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto.

Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

Canticorum Finis.



HYMNI PER ANNVM.

DOMINICA PRIMA Aduentus Domini.

Ad Vesperas. Hymnus.

COnditor alme siderum, Æterna lux credentium; Christe redemptor omnium, Exaudi preces supplicum.
Qui condolens interitu Mortis perire sæculum, Saluasti mundũ languidũ, Donãs reis remediũ.
Vergente mũdi vespere, Vti spõsus de thalamo Egressus honestissima Virginis matris clausula.
Cuius forti potentiæ Genu curuantur omnia, Cælestia, terrestria, Nutu fatentur subdita.
Te deprecamur agie, Venture iudex sæculi, Conserua nos in tempore, Hostis à telo perfidi.
Laus, honor, virtus, gloria, Deo Patri, & Filio, Sancto simul Paraclito, In sęculorũ sęcula. Amẽ.

Ad Nocturnum. Hymnus.

VErbũ supernũ prodiẽs, A patre olim exiens, Qui natus orbi subuenis, Cursu decliui tpis.
Illumina nunc pectora, Tuoq. amore cõcrema; Audito vt præconio Sint pulsa tandem lubrica.
Iudexq. cum post aderis, Rimari facta pectoris, Reddẽs vicẽ pabditis, Iustisq. regnũ pro bonis.

Non demum arctemur malis Pro qualitate criminis; Sed cum beatis compotes Simus perennes cælibes.

Laus, honor, virtus, gloria. vt ſupra.

Ad Laudes. Hymnus.

VOx clara ecce intonat, Obſcura quæque increpat: Pellantur eminus ſomnia, Ab æthere Chriſtus promicat.

Mens iam reſurgat torpida, Quę ſorde extat ſaucia: Sidus refulget iam nouum, Vt tollat omne noxium.

E ſurſum agnus mittitur Laxare gratis debitum: Omnes pro indulgẽtia Vocẽ demus cũ lacrymis.

Secundo vt cum fulſerit, Mundumque horror cinxerit, Non pro reatu puniat: Sed nos pius tunc protegat.

Laus, honor, virtus, gloria. vt ſupra.

In Natiuitate Domini, ad Veſperas, & ad Nocturnum. Hymnus.

CHriſte redẽptor omniũ, Ex Patre Patris vnice, Solus ante principiũ Natus ineffabiliter.

Tu lumen, tu ſplendor Patris, Tu ſpes perennis omnium, Intende quas fundunt preces Tui per orbem famuli.

Memẽto ſalutis auctor, Quòd noſtri quondam corporis, Ex illibata virgine Naſcendo, formam ſumpſeris.

Sic præſens teſtatur dies, Currens per anni cir-

culum, Quod ſolus à ſede Patris Mundi ſalus adueneris.
Hunc cælũ, terra, hunc mare, Hunc omne quod in eis eſt, Auctorem aduentus tui Laudans exultat cantico.
Nos quoque qui ſancto tuo Redempti ſanguine ſumus, Ob diem natalis tui, Hymnũ nouum concinimus.
Gloria tibi Domine, Qui natus es de Virgine, Cum Patre, & ſancto Spiritu, In ſempiterna ſæcula. Amen.

Ad Laudes. Hymnus.

A Solis ortus cardine Ad vſque terræ limitẽ, Chriſtum canamus principẽ, Natum Maria Virgine.
Beatus auctor ſæculi, Seruile corpus induit:
Vt carne carnẽ liberãs, Ne pderet quos cõdidit.
Caſtæ parentis viſcera Cæleſtis intrat gratia:
Venter puellæ baiulat Secreta quæ nõ nouerat.
Domus pudici pectoris Templũ repẽte fit Dei:
Intacta neſciens virum, Verbo concepit filium.
Enixa eſt puerpera, Quem Gabriel prædixerat,
Quẽ matris aluo geſtiẽs, Clauſus Ioãnes ſenſerat.
Fœno iacere pertulit, Præſepe non abhorruit,
Paruoq. lacte paſtus eſt, Per quem nec ales eſurit.
Gaudet chorus cæleſtiũ, Et Angeli canunt Deo;
Palamq. fit paſtoribus Paſtor creator omnium.
Gloria tibi Domine, Qui natus es de Virgine,
Cum

Cum Patre & ſancto Spiritu, In ſempiterna ſæcula. Amen.

In feſto SS. Innocẽtium. Ad Nocturnum. Hym.

AVdit tyrannus anxius Adeſſe regum principem, Qui nomen Iſraël regat, Teneatque Dauid regiam.

Exclamat amens nuncio: Succeſſor inſtat, pellimur, Satelles i, ferrum rape, Perfunde cunas ſanguine.

Quid proficit tãtum nefas? Quid crimen Herodem iuuat? Vnus tot inter funera Impune Chriſtus tollitur.

Gloria tibi Dñe, Qui natus es de Virgine, Cũ Patre & ſancto Spiritu, In ſempiterna ſæcula. Amẽ.

Ad Laudes, & Veſperas. Hymnus.

SAluete flores martyrum, Quos lucis ipſo in limine Chriſti inſecutor ſuſtulit, Ceu turbo naſcentes roſas.

Vos prima Chriſti victima, Grex immolatorum tener, Aram ante ipſam ſimplices Palma & coronis luditis.

Gloria tibi Domine, Qui natus es de Virgine, Cum Patre & ſancto Spiritu, In ſempiterna ſæcula. Amen.

In Epiphania Dñi. Ad Veſp. & ad Noct. Hymn.

HOſtis Herodes impie, Chriſtũ venire quid times? Non eripit mortalia, Qui regna dat cæleſtia.

Ibant Magi, quam viderant, Stellam ſequentes præuiam; Lumen requirunt lumine, Deum fatentur munere.

Lauacra puri gurgitis Cæleſtis Agnus attigit: Peccata quæ non detulit, Nos abluendo ſuſtulit.

Nouũ genus potentiæ, Aquæ rubeſcunt hydrię, Vinumque iuſſa fundere, Mutauit vnda originẽ.

Gloria tibi Domine, Qui apparuiſti hodie, Cum Patre & sãcto Spiritu In ſempiterna ſæcula. Am̃.

Ad Laudes. Hymnus.

O Sola magnarum vrbium Maior Bethleem, cui cõtigit Ducem ſalutis cælitus Incorporatum gignere.

Quẽ ſtella, quę ſolis rotã Vincit decore ac lumine, Veniſſe terris nũciat Cũ carne terreſtri Deũ.

Videre poſtquam illum Magi Eoa promũt munera; Stratique votis offerunt Thus, myrrham, & aurum regium.

Regem, Deumque annunciant Theſaurus, & fragrans odor Thuris Sabæi, ac myrrheus Puluis ſepulchrum prædocet.

Gloria tibi Dñe, Qui apparuiſti hodie, Cum Patre, & ſancto Spiritu, In ſempiterna ſęcula. Amẽ.

Sabbato Quadrag. in primis & ſecundis Veſp.
Hymnus.

AVdi benigne conditor, Noſtras preces cum fletibus, In hoc ſacro ieiunio Fuſas quadragenario.

Scrutator alme cordium, Infirma tu ſcis virium, Ad te reuerſis exhibe Remiſſionis gratiam.

Multum quidẽ peccauimus, Sed parce confitentibus: Ad laudem tui nominis Confer medelam languidis.

Sic corpus extra conteri Dona per abſtinentiã, Ieiunet vt mens ſobria, A labe prorſus criminũ.

Præſta beata Trinitas, Concede ſimplex vnitas, Vt fructuoſa ſint tuis Ieiuniorũ munera. Amen.

Ad Nocturnum. Hymnus.

EX more docti myſtico Seruemus hoc ieiunium, Deno dierum circulo Ducto quater notiſſimo.

Lex, & ꝓphetę primitꝰ Hoc ꝑtulerũt, poſtmodũ Chriſtus ſacrauit omniũ Rex, atq. factor tẽporũ.

Vtamur ergo parcius Verbis, cibis, & potibus, Somno, iocis, & arctius Perſtemus in cuſtodia.

Vitemus aũt peſſima, Quę ſubruũt mẽtes vagas: Nullumq. demus callidi Hoſtis locum tyrãnidi.

Dicamus omnes cernui, Clamemus atq. ſinguli, Ploremus ante iudicẽ, Flectamus irã vindicem.

Noſtris malis offendimus Tuã Deus clementiã: Effunde nobis deſuper Remiſſor indulgentiam.

Memento qđ ſumus tui, Licet caduci plaſmatis: Ne des honorem nominis, Tui precamur alteri.

Laxa malũ qđ fecimus, Auge bonũ qđ poſcimꝰ; Placere quo tãdẽ tibi Poſſimus hic, & perpetim.

Præſta beata Trinitas. vt ſupra.

Ad Laudes. Hymnus.

IAm Chrẽ ſol iuſtitiæ, Mẽtis dieſcãt tenebræ, Virtutũ vt lux redeat, Terris diẽ cum reparas.
Dans tempus acceptabile, Et pęnitẽs cor tribue; Cõuertat vt benignitas, Quos lõga ſuffert pietas.
Quiddamq. pęnitentiæ Da ferre, quãuis grauiũ, Maiore tuo munere, Quo demptio ſit criminũ.
Dies venit dies tua, In qua reflorent omnia: Lætemur in hac ad tuam Per hãc reducti gratiã.
Te rerum vniuerſitas, Clemens adoret Trinitas: Et nos noui per veniam Nouum canamus canticum. Amen.

Sequẽs Hymnus dicitur à Dñica Paſſionis, vſque ad Feriã v. in Cœna Domini, & in feſto Inuentionis S. Crucis, ſed vbi dicitur, Hoc paſſionis tempore, dicatur, In hoc paſchali gaudio, & in feſto Exaltationis S. Crucis, vbi dicitur, Hoc paſſionis tẽpore, dicatur, In hac triũphi glſia. Hym.

VExilla Regis prodeunt, Fulget crucis myſterium, Quo carne carnis conditor Suſpenſus eſt patibulo.
Quo vulneratus inſup Mucrone diro lãceæ, Vt nos lauaret crimine, Manauit vnda & ſanguine.
Impleta ſunt quæ cõcinit Dauid fideli carmine, Dicens, In nationibus Regnauit à ligno Deus.
Arbor decora & fulgida, Ornata Regis purpura, Electa digno ſtipite Tam ſancta mẽbra tangere.
Beata, cuius brachijs Sæcli pependit pretium,

Sta-

Statera facta corporis, Prædamque tulit tartari.
O crux aue spes vnica, Hoc passionis tempore,
Auge pijs iustitiam, Reisque dona veniam.
T e summa Deus Trinitas, Collaudet omnis spũs:
Quos p crucis mysteriũ Saluas rege p sęcula. Am̃.

Ad Nocturnum. Hymnus.

PAnge lingua gloriosi Prælium certaminis,
Et super crucis trophęũ Dic triũphũ nobilẽ,
Qualiter redemptor orbis Immolatus vicerit.
D e parẽtis protoplasti Fraude factor condolẽs,
Quando pomi noxialis Morsu in mortẽ corruit;
Ipse lignũ tũc notauit Damna ligni vt solueret.
H oc opus nostræ salutis Ordo depoposcerat,
Multiformis proditoris Ars vt artem falleret,
Et medelam ferret inde, Hostis vnde læserat.
Q uando venit ergo sacri Plenitudo temporis,
Missus est ab arce Patris Natus, orbis conditor;
Atque ventre virginali Caro factus prodijt.
V agit infans inter arcta Conditus præsepia:
Membra pannis inuoluta Virgo mater alligat;
Et manus pedesq. & crura, Stricta cingit fascia.
G loria & honor Deo Vsquequaque altissimo,
Vna Patri, Filioque, Inclyto Paraclito; Cui laus
est & potestas, Per æterna sæcula. Amen.

Ad Laudes. Hymnus.

LVstris sex qui iã peractis, Tẽpus implẽs corporis, Se volẽte, natus ad hoc, Passioni deditus,
Agnus in crucis leuatur Immolandus stipite.

H ic acetum, fel, arundo, Sputa, claui, lancea;
Mite corpus perforatur, Sanguis, vnda profluit,
Terra, põtus, astra, mũdus, Quo lauant flumine.
C rux fidelis inter omnes Arbor vna nobilis:
Nulla silua talẽ profert Fronde, flore, germine:
Dulce lignũ dulces clauos, Dulce põdus sustinet.
F lecte ramos arbor alta, Tensa laxa viscera,
Et rigor lentescat ille, Quem dedit natiuitas:
Vt superni membra Regis Miti tendas stipite.
S ola digna tu fuisti Ferre sæcli pretium,
Atque portum præparare Nauta mundo naufrago; Quem sacer cruor perunxit, Fusus Agni corpore.
G loria & honor Deo Vsquequaque altissimo,
Vna Patri, Filioque, Inclyto Paraclito; Cui laus est & potestas, Per æterna sæcula. Amen.

A Dñica Paschæ vsq; ad Ascens. Ad vesp. Hym.

AD cęnã Agni prouidi, Et stolis albis cãdidi, Post transitum maris Rubri, Christo canamus principi.
C uius corpus sanctissimũ, In ara crucis torridũ,
Cruore eius roseo Gustando viuimus Deo.
P rotecti Paschæ vespere A deuastante Angelo,
Erepti de durissimo Pharaonis imperio.
I am Pascha nostrũ Christus est, Qui immolatus Agnus est, Sinceritatis azyma, Caro ei⁹ oblata est.
O vere digna hostia, Per quã fracta sunt tartara,
Redẽpta plebs captiuata, Reddita vitæ præmia.

C onſurgit Chriſtus tumulo, Victor redit de barathro, Tyrannum trudens vinculo, Et paradiſum reſerans.

Q uæſum⁹ auctor oĩum, In hoc Paſchali gaudio, Ab omni mortis impetu Tuum defende populũ.

G loria tibi Dñe, Qui ſurrexiſti à mortuis, Cũ Patre & ſancto Spiritu, In ſempiterna ſæcula. Amẽ.

Ad Nocturnum. Hymnus.

R Ex ſempiterne Dñe, Rerũ creator omniũ,
Qui eras ante ſæcula Semper cũ Patre Fili⁹.

Q ui mũdi in primordio Adam plaſmaſti hominem: Cui tuæ imagini Vultum dediſti ſimilem.

Q uẽ diabolus deceperat Hoſtis humani generis: Cuius tu formã corporis Aſſumere dignatus es.

V t hoĩem redimeres, Quẽ ante iã plaſmaueras: Et nos Deo coniungeres, Per carnis cõtuberniũ.

Q uem editũ ex Virgine Paueſcit omnis anima: Per quẽ & nos reſurgere Deuota mẽte credimus.

Q ui nobis in baptiſmate Donaſti indulgẽtiam, Qui tenebamur vinculis Ligati conſcientiæ.

Q ui crucẽ propter hoĩem Suſcipere dignatus es: Dediſti tuum ſanguinem Noſtræ ſalutis pretiũ.

Q uæſumus auctor omniũ, In hoc Paſchali gaudio, Ab omni mortis impetu Tuum defende populum.

G loria tibi Domine, Qui ſurrexiſti à mortuis, Cum Patre & ſancto Spiritu, In ſempiterna ſæcula. Amen.

Ad Laudes. Hymnus.

AVrora lúcis rutilat, Cælum laudibus intonat, Mundus exultans iubilat, Gemens infernus vlulat.

Cũ rex ille fortissimus Mortis confractis virib⁹, Pede conculcans tartara, Soluit à pœna miseros.

Ille qui clausus lapide Custoditur sub milite, Triũphans põpa nobili, Victor surgit de funere.

Solutis iam gemitibus, Et inferni doloribus, Quia surrexit Dñs, Resplendẽs clamat Angelus.

Quæsumus auctor omniũ, In hoc paschali gaudio, Ab omni mortis impetu Tuum defende populum.

Gloria tibi Dñe, Qui surrexisti à mortuis, Cũ Patre & sancto Spiritu, In sempiterna sæcula. Amẽ.

In festo Ascensionis Domini. Ad Vesperas, & Laudes. Hymnus.

IEsu nostra redemptio, Amor & desiderium, Deus creator omnium, Homo in fine tẽporũ.

Quæ te vicit clemẽtia, Vt ferres nostra crimina, Crudelem mortẽ patiẽs, Vt nos à morte tolleres!

Inferni claustra penetrans, Tuos captiuos redimens, Victor triumpho nobili, Ad dextram Patris residens.

Ipsa te cogat pietas, Vt mala nostra superes. Parcendo, & voti compotes Nos tuo vultu saties.

Tu esto nostrũ gaudiũ, Qui es futurus præmiũ: Sit nr̃a in te gloria, Per cuncta semp̃ sæcula. Am̃.

Ad Nocturnum. Hymnus.

AEterne rex altissime, Redemptor & fideliũ, Quo mors soluta deperit, Datur triumphus gratiæ.
Scandens tribunal dexterę Patris, potestas oĩum Collata Iesu cælitus, Quæ non erat humanitus.
Vt trina rerum machina, Cælestiũ, terrestrium, Et inferorum condita, Flectat genu iam subdita.
Tremunt videntes Angeli Versa vice mortaliũ: Culpat caro, purgat caro, Regnat De⁹, Dei caro.
Tu esto nostrũ gaudium, Manẽs olympo p̃ditũ: Mundi regis q̧ fabricã, Mundana vincẽs gaudia.
Hinc te precantes q̃sumus, Ignosce culpis oĩbus, Et corda sursum subleua Ad te superna gratia.
Vt cum repente cœperis Clarere nube iudicis, Pęnas repellas debitas, Reddas coronas perditas.
Gloria tibi Domine, Qui scandis super sidera, Cum Patre & sancto Spiritu, In sempiterna sæcula. Amen.

In festo Pẽtecostes. Ad Vesp. & ad Tertiã. Hym.

VEni creator Spiritus, Mentes tuorum visita, Imple superna gr̃a, Quæ tu creasti pectora.
Qui Paraclitus diceris, Donum Dei altissimi, Fons viuus, ignis, charitas, Et spiritalis vnctio.
Tu septiformis munere, Dextræ Dei tu digitus, Tu rite promissum Pr̃is, Sermone ditãs guttura.
Accẽde lumẽ sensibus, Infunde amorẽ cordib⁹, Infirma nostri corporis Virtute firmans perpeti.

Hosté repellas lõgius, Pacemq. dones protinus;
Ductore sic te præuio Vitemus omne noxium.
Per te sciamus da Patrẽ, Noscamus atque Filiũ;
Te vtriusque Spiritum Credamus omni tẽpore.
Gloria Patri Domino, Natoq. qui à mortuis
Surrexit, ac Paraclito, In sæculorũ sæcula. Amen.

Ad Nocturnum. Hymnus.

IAm Christus astra ascenderat, Reuersus vnde venerat, Promissum Patris munere Sanctum daturus Spiritum.
Solẽnis vrgebat dies, Quo mystico septemplici Orbis volutus septies, Signat beata tempora.
Dum hora cũctis tertia Repẽte mũdus intonat, Orantibus Apostolis Deum venisse nuntiat.
De Patris ergo lumine Decorus ignis almus est, Qui fida Christi pectora Calore verbi compleat.
Impleta gaudent viscera, Afflata sancto Spiritu, Voces diuersas intonant, Fantur Dei magnalia.
Ex omni gente cogniti, Græcis, Latinis, Barbaris, Cunctisque admirantibus, Linguis loquuntur omnium.
Iudæa tunc incredula, Vesana toruo spiritu, Ructare musti crapulam Alumnos Christi concrepat.
Sed signis & virtutib⁹ Occurrit, & docet Petrus, Falsa profari perfidos, Iohele teste comprobans.
Gloria Patri Domino, Natoque qui à mortuis Surrexit, ac Paraclito, In sæculorũ sæcula. Amen.

Ad Laudes. Hymnus.

BEata nobis gaudia Anni reduxit orbita,
Cum Spũs Paraclitus Effulſit in diſcipulos.
Ignis vibrante lumine Linguæ figuram detulit,
Verbis vt eſſent proflui, Et charitate feruidi.
Linguis loquũtur oĩum, Turbæ pauẽt gentiliũ,
Muſto madere deputãt, Quos ſpiritus repleuerat.
Patrata sũt hæc myſtice, Paſchæ peracto tẽpore,
Sacro dierum numero, Quo lege fit remiſſio.
Te nũc Deus pijſſime Vultu precamur cernuo,
Illapſa nobis cælitus Largire dona Spiritus.
Dudum ſacrata pectora Tua repleſti gratia:
Dimitte noſtra crimina, Et da quieta tempora.
Gloria Patri Domino, Natoque qui à mortuis
Surrexit, ac Paraclito, In ſæculorũ ſæcula. Amen.

In feſto Trinitatis. Ad Veſp. Hymnus.

O Lux beata Trinitas, Et principalis vnitas;
Iá ſol recedit igneꝰ, Infunde lumẽ cordibꝰ.
Te mane laudum carmine, Te deprecemur ve-ſpere; Te noſtra ſupplex gloria, Per cuncta lau-det ſæcula.
Deo Patri ſit gloria, Eiuſque ſoli Filio, Cum Spi-ritu paraclito, Et nunc & in perpetuum. Amen.

Ad Nocturnum. Hymnus.

SVmme Deus clementię, Mundiq. factor ma-chinæ, Vnꝰ potẽtialiter, Trinuſq. ꝑſonaliter.
Da dexterá ſurgentibus, Exurgat vt mẽs ſobria,
Flagrans & in laudẽ Dei, Grates repẽdat debitas.

Gloria

Gloria Patri Domino, Gloria vnigenito, Vna cum sancto Spiritu, In sempiterna sęcula. Amen.

Ad Laudes. Hymnus.

TV Trinitatis vnitas, Orbem potenter qui regis, Attende laudum cantica, Quæ excubantes psallimus.

Ortus refulget lucifer, Sparsamq. lucem nűciat; Cadit caligo noctium, Lux sancta nos illuminet.

Deo Patri sit gloria, Eiusq. soli Filio, Cum Spiritu paraclito, Et nunc & in perpetuum. Amen.

In festo Corporis Christi. Ad Vesperas. Hymn.

PAnge lingua gloriosi Corporis mysterium, Sanguinisq. pretiosi, Quem in mundi pretiű Fructus ventris generosi Rex effudit gentium.

Nobis datus, nobis natus Ex intacta Virgine, Et in mundo conuersatus, Sparso verbi semine, Sui moras incolatus Miro clausit ordine.

In supremæ nocte cœnæ Recumbens cum fratribus, Obseruata lege plene Cibis in legalibus, Cibum turbæ duodenæ Se dat suis manibus.

Verbum caro, panem verű Verbo carnē efficit: Fitq. sanguis Christi merum, Et si sensus deficit: Ad firmandum cor sincerum Sola fides sufficit.

Tantum ergo sacramētum Veneremur cernui: Et antiquum documentum Nouo cedat ritui: Præstet fides supplementum Sensuum defectui.

Genitori, genitoque Laus & iubilatio, Salus, honor, virtus quoque Sit & benedictio:

Pro-

Procedenti ab vtroque Cõpar ſit laudatio. Amẽ.

Ad Nocturnum. Hymnus.

SAcris ſolẽnijs iuncta ſint gaudia, Et ex præcordijs ſonẽt præconia; Recedant vetera, noua ſint omnia, Corda, voces, & opera.

Noctis recolitur cęna nouiſſima, Qua Chriſtus creditur agnũ & azyma Dediſſe fratribus, iuxta legitima Priſcis indulta patribus.

Poſt agnũ typicum, expletis epulis, Corpus dominicum datum diſcipulis, Sic totũ omnibus, quod totum ſingulis, Eius fatemur manibus.

Dedit fragilibus corporis ferculum, Dedit & triſtibus ſanguinis poculum, Dicens, accipite quod trado vaſculum, Omnes ex eo bibite.

Sic ſacrificium iſtud inſtituit, Cuius officium committi voluit Solis presbyteris, quibus ſic cõgruit, Vt ſumant, & dent ceteris.

Panis angelicus fit panis hominum; Dat panis cælicus figuris terminum: O res mirabilis, manducat Dominum Pauper, ſeruus, & humilis.

Te trina deitas, vnaq. poſcimus, Sic nos tu viſita, ſicut te colimus: Per tuas ſemitas duc nos quo tẽdimus, Ad lucem quam inhabitas. Amen.

Ad Laudes. Hymnus.

VErbum ſupernum prodiens, Nec Patris linquens dexteram, Ad opus ſuum exiens, Venit ad vitæ veſperam.

In mortem à diſcipulo Suis tradendus æmulis,

Prius

Prius in vitæ ferculo Se tradidit diſcipulis.
Quib⁹ ſub bina ſpecie Carnē dedit & ſanguinē;
Vt duplicis ſubſtantiæ Totum cibaret hominē.
Se naſcens dedit ſocium, Conueſcēs in edulium,
Se moriens in pretium, Se regnās dat in præmiū.
O ſalutaris hoſtia, Quæ cæli pandis oſtium:
Bella præmunt hoſtilia, Da robur, fer auxilium.
Vni trinoq. Domino Sit ſempiterna gloria:
Qui vitam ſine termino Nobis donet in patria.
Amen.

In vtraque cathedra S. Petri ad Veſperas, & Nocturnum. Hymnus.

QVodcumque vinclis ſuper terrā ſtrinxeris, Erit in aſtris religatum fortiter; Et quod reſoluis in terris arbitrio, Erit ſolutū ſuper cæli radium: In fine mundi iudex eris ſæculi.

Gloria Patri per immēſa ſæcula, Sit tibi nate decus & imperium, Honor, poteſtas, ſanctoq. Spiritui, Sit Trinitati ſalus indiuidua, Per infinita ſæculorum ſæcula. Amen.

Ad Laudes. Hymnus.

IAm bone paſtor Petre, clemens accipe Vota precantum, & peccati vincula Reſolue, tibi poteſtate tradita, Qua cunctis cælum verbo claudis, aperis.

Sit Trinitati ſempiterna gloria, Honor, poteſtas, atque iubilatio In vnitate, cui manet imperium Ex tunc & modo per æterna ſæcula. Amē.

In

In Conuerſ. S. Pauli. Ad Veſp. & ad Noct. Hym.

DOctor egregie Paule mores inſtrue,
Et mente polum nos transferre ſatage;
Donec perfectum largiatur plenius,
Euacuato quod ex parte gerimus.
Sit Trinitati ſempiterna gloria,
Honor, poteſtas, atque iubilatio
In vnitate, cui manet imperium,
Ex tunc & modo per æterna ſæcula. Amen.

Ad Laudes. Exultet cęlum. 348.

In feſto S. P. Benedicti Abb. Ad Veſperas. Hym.

LAudibus ciues reſonent canoris, Templa ſo lemnes modulentur hymnos, Hac die ſummi Benedictus arcem Scandit Olympi.

Ille florentes peragebat annos, Cùm puer dulcis patriæ penates Liquit, & ſolus latuit ſilenti Conditus antro.

Inter vrticas, rigidosq. ſentes Vicit altricem ſcelerum iuuentã: Inde conſcripſit documẽta vitę Pulchra beatæ.

Æream turpis Clarij figuram, Et nemus ſtrauit Veneri dicatum, Atque Baptiſtæ poſuit ſacrato Monte ſacellum.

Iamque felici reſidens Olympo, Inter ardentes Cherubim cateruas, Spectat, & dulci reficit clientum Corda liquore.

Gloria Patri, genitæque Proli, Et tibi compar vtriuſq. ſemper Spiritus alme, Deus vnus, omni

Tempore ſæcli. Amen.

Ad Nocturnum. Hymnus.

QVidquid antiqui cecinere vates, Quidquid æternæ monimenta legis, Continet nobis celebranda ſummi Vita Monarchæ.

Extulit Moſen pietas benignum, Inclytũ proles Abraham decorat, Iſaac ſponſæ decus, & ſeueri Iuſſa parentis.

Ipſe virtutum cumulis onuſtus, Celſior noſtri Patriarcha cætus, Iſaac, Moſen, Abraham ſub vno Pectore clauſit.

Ipſe, quos mundi rapuit procellis Hic, pius flatu ſtatuat ſecundo, Pax vbi nullo, requieſque gliſcit Miſta pauore. Gloria Patri. vt ſuprà.

Ad Laudes. Hymnus.

INter æternas Superum coronas, Quas ſacro partas retinent agone, Emicas celſis meritis coruſcus, O Benedicte.

Sancta te compſit puerum ſenectus, Nil ſibi de te rapuit voluptas, Aruit mundi tibi flos, ad alta Mente leuato.

Hinc fuga lapſus, patriam, parentes, Deſeris, feruens eremi colonus, Edomas carnem, ſubigiſque Chriſto Tortor acerbus.

Ne diu tutus latebras foueres, Signa te produnt operum piorum: Spargitur felix celeri, per orbem Fama volatu.

Gloria Patri, genitæq. Proli, Et tibi cõpar vtriuſque

que ſemper, Spiritus alme, Deus vnus, omni Tempore ſæcli. Amen.

In Natiuitate S. Ioan. Baptiſtæ. Ad Veſp. Hymn.

VT queant laxis reſonare fibris Mira geſtorum famuli tuorum, Solue polluti labij reatum, Sancte Ioannes.

Nuncius celſo veniens olympo, Te patri magnum fore naſciturum; Nomen, & vitæ ſeriem gerendæ, Ordine promit.

Ille promiſſi dubius ſuperni, Perdidit promptæ modulos loquelæ: Sed reformaſti genitus peremptæ Organa vocis.

Ventris obſtruſo recubans cubili Senſeras regem thalamo manentem: Hinc parens nati meritis vterque Abdita pandit.

Gloria Patri, genitæque proli, Et tibi compar vtriuſque ſemper Spiritus alme, Deus vnus omni Tempore ſæcli. Amen.

Ad Nocturnum. Hymnus.

ANtra deſerti teneris ſub annis, Ciuium turmas fugiens petiſti, Ne leui ſaltem maculare vitam Famine poſſes.

Præbuit hirtum tegumen camelus Artubus ſacris ſtrophium bidentes; Cui latex hauſtum ſociata paſtum Mella locuſtis.

Ceteri tantum cecinere vatum Corde præſago iubar affuturum: Tu quidem mundi ſcelus auferentem

Indice prodis.

Non fuit vasti spatium per orbis Sanctior quisquam genitus Ioanne; Qui nefas sæcli meruit lauantem Tingere lymphis.

Gloria Patri. vt suprà. Ad Laudes. Hymnus.

O Nimis felix meritiquè celsi, Nesciens labē niuei pudoris, Præpotens martyr, eremiq. cultor, Maxime vatum.

Serta ter denis alios coronant Aucta crementis duplicata quosdam: Trina centeno cumulata fructu Te sacer ornant.

Nunc potens nostri meritis opimis Pectoris duros lapides repelle, Asperum planans iter, & reflexos Dirige calles.

Vt pius mundi sator & redemptor, Mentibus pulsa liuione puris, Rite dignetur veniens sacratos Ponere gressus.

Laudibus ciues celebrant superni, Te Deus simplex pariterque trine; Supplices & nos veniam precamur, Parce redemptis. Amen.

In Natali SS. Apost. Petri & Pauli. Ad Vesp. Hy.

AVrea luce & decore roseo
Lux lucis omne perfudisti sæculum,
Decorans cælos inclyto martyrio,
Hac sacra die, quæ dat reis veniam.
Ianitor cæli doctor orbis pariter,
Iudices sæcli vera mundi lumina;
Per crucem alter, alter ense triumphans,

Vitæ

Vitæ ſenatum laureati poſſident.
O fęlix Roma, quę tantorũ principũ, Es purpurata pretioſo ſanguine; Non laude tua, ſed ipſorũ meritis Excellis omnẽ mũdi pulchritudinẽ.
Sit Trinitati ſempiterna gloria, Honor, poteſtas, atq. iubilatio, In vnitate cui manet imperiũ Ex tunc & modo per æterna ſæcula. Amen.

Ad Laudes. Hymnus.

IAm bone paſtor Petre, clemens accipe
Vota precantum, & peccati vincula
Reſolue, tibi poteſtate tradita,
Qua cunctis cælum verbo claudis, aperis.
DOctor egregie Paule mores inſtrue, Et mẽte polũ nos trãsferre ſatage, Donec perfectũ largiatur pleni⁹, Euacuato qd ex parte gerim⁹.
Sit Trinitati ſempiterna gloria, Honor, poteſtas, atq. iubilatio, In vnitate cui manet imperium Ex tũc & modo per æterna ſæcula. Amen.

In feſto S. Mariæ Magdalenæ. Ad Veſp. Hymn.

PAter ſupni luminis, Cũ Magdalenã reſpicis,
Flãmas amoris excitas, Geluq. ſoluis pectoris.
Amore currit ſaucia, Pedes beatos vngere,
Lauare flętu, tergere Comis, & ore lambere.
Adſtare nõ timet cruci, Sepulchro ĩhęret anxia,
Truces nec horret milites: Pellit timorẽ charitas.
O vera, Chriſte, charitas, Tu nr̃a purga crimina,
Tu corda reple gratia, Tu redde cæli præmia.
Deo Patri ſit gloria, Eiuſque ſoli Filio,

Cũ ſpiritu paraclito Et nũc & in perpetuũ. Am̃.

Ad Nocturnum. Hymnus.

NArdo Maria piſtico Vnxit beatos Dñi Pedes, rigãdo lacrymis, Et detergẽdo crinibꝰ.
Honor, decus, imperium, Sit Trinitati vnicæ, Patri, Nato, Paraclito, Per infinita ſæcula. Am̃.

Ad Laudes. Hymnus.

ÆTerni Patris Vnice, Nos pio vultu reſpice, Qui Magdalenam hodie Vocas ad thronum glorię.
In theſauro repoſita Regis eſt drachma perdita; Gemmaq. luce inclyta De luto luci reddita.
Ieſu dulce refugium, Spes vna pœnitentium, Per peccatricis meritũ, Peccati ſolue debitum.
Pia mater, & humilis, Naturæ memor fragilis, In huius vitæ fluctibus, Nos rege tuis precibus.
Vni Deo ſit gloria Pro multiformi gratia, Qui culpas & ſupplicia Remittit, & dat p̃mia. Amen.

In feſto S. Petri ad Vincula. Ad Veſper. Hymn.

PEtrus beatus catenarũ laqueos Chriſto iubẽte rupit mirabiliter, Cuſtos ouilis, & doctor eccleſiæ: Paſtorque gregis conſeruator ouium, Arcet luporum truculentam rabiem.
Gloria Patri per immenſa ſæcula, Sit tibi Nate decus & imperium Honor, poteſtas, ſanctoque Spiritui, Sit Trinitati ſalus indiuidua, Per infinita ſæculorum ſæcula. Amen.

Ad Noct. Hymn. Quodcũq. vinclis. vt ſup. 336.

Ad Laud. Hymn. Iã bone paſtor Petre. ſup. 336.

In feſto Transfigurationis Domini. Ad Veſper. & ad Nocturnum. Hymnus.

QVicumque Chriſtum quæritis, Oculos in altum tollite: Illic licebit viſere Signum perennis gloriæ.
Illuſtre quiddã cernimus, Qđ neſciat finẽ pati, Sublime, celsũ, ĩterminũ, Antiquus cęlo, & chao.
Hic ille Rex eſt gentium, Populiq. Rex Iudaici Promiſſus Abrahę patri, Eiuſq. in ęuum ſemini.
Hũc & Prophetis teſtibus, Iiſdemq. ſignatorib⁹ Teſtator, & Pater iubet, Audire nos & credere.
Gloria tibi Dñe, Qui apparuiſti hodie, Cum Patre & sãcto Spiritu In ſempiterna ſęcula. Am̃.

Ad Laudes. Hymnus.

AMor Ieſu dulciſſime, Quando cor noſtrum viſitas, Pellis mentis caliginem, Et nos reples dulcedine.
Quã felix eſt, quẽ ſatias, Cõſors paternę dexterę Tu verę lumẽ patrię, Quod oẽm ſenſum ſupat.
Splendor paternę glorię, Incõprehenſa bonitas, Amoris tui copiam Da nobis per pręſentiam.
Gloria tibi Domine, vt ſuprà.

In Aſſumptione B. Marię, & in omnibus alijs feſtiuitatibus & commemorationibus eiuſdem.

Ad Veſperas. Hymnus.

AVe maris ſtella, Dei mater alma,
Atque ſemper virgo, Felix cęli porta.

Sumens illud Aue, Gabrielis ore,
Funda nos in pace, Mutans Euæ nomen.
Solue vincla reis, Profer lumen cæcis,
Mala nostra pelle, Bona cuncta posce.
Monstra te esse matrem, Sumat per te preces,
Qui pro nobis natus, Tulit esse tuus.
Virgo singularis, Inter omnes mitis,
Nos culpis solutos, Mites fac & castos.
Vitam præsta puram, Iter para tutum:
Vt videntes Iesum Semper collætemur.
Sit laus Deo Patri, Summo Christo decus:
Spiritui sancto, Tribus honor vnus, Amen.

Ad Nocturnum. Hymnus.

QVem terra, pontus, ęthera, Colunt, adorant, prædicant, Trinam regentem machinam Claustrum Mariæ baiulat.
Cui Luna, Sol, & omnia Deseruiũt per tẽpora:
Perfusa cæli gratia Gestant puellæ viscera.
Beata mater munere, Cuius, supernus artifex,
Mũdũ pugillo cõtinẽs, Vẽtris sub arca claus⁹ est.
Beata cæli nuncio, Fæcunda sancto Spiritu,
Desideratus gentibus Cuius per aluũ fusus est.
Gloria tibi Domine, Qui natus es de Virgine,
Cũ Patre, & sancto Spũ In sẽpiterna sęcula. Am̃.

Ad Laudes. Hymnus.

O Gloriosa Domina, Excelsa super sidera:
Qui te creauit prouide Lacta sti sacro vbere.
Qđ Eua tristis abstulit, Tu reddis almo germine:
In-

Intrent vt astra flebiles, Cæli fenestra facta es.
Tu Regis alti ianua, Et porta lucis fulgida:
Vitā datā per virginē, Gentes redēptę plaudite.
Gloria tibi Domine, vt suprà.

In festo sancti Michaelis. Ad Vesperas & ad Nocturnum. Hymnus.

TIbi Christe splēdor Pr̄is, Vita, virt⁹ cordiū,
In cōspectu Angelorū Votis, voce psallim⁹,
Alternantes cōcrepādo Melos damus vocibus.
Collaudamus venerantes Omnes cæli milites;
Sed præcipue primatem Cælestis exercitus,
Michaelem in virtute Conterentem zabulum.
Quo custode procul pelle Rex Christe pijssime,
Omne nefas inimici, Mundo corde & corpore,
Paradiso redde tuo Nos sola clementia.
Gloriam Patri melodis Personemus vocibus;
Gloriam Christo canamus, Gloriam Paraclito,
Qui trinus & vnus Deus Extat ante secula. Am̄.

Ad Laudes. Hymnus.

CHriste sanctorū decus Angelorū, Rector humani generis & auctor; Nobis æternum tribue benignus Scandere cælum.
Angelum pacis Michael ad istam Cælitus mitti rogitamus aulam; Nobis vt crebro veniente crescant Prospera cuncta.
Angelus fortis, Gabriel vt hostem Pellat antiquum, volitet ab alto, Sæpius templum veniēs ad istud Visere nostrum.

An-

Angelum nobis medicum ſalutis Mitte de cælis Raphael, vt omnes, Sanet ægrotos, paritérq. noſtros Dirigat actus.
Hinc Dei noſtri genitrix Maria, Totus & nobis chorus Angelorum Semper aſſiſtat, ſimul & beata Concio tota.
Præſtet hoc nobis deitas beata Patris, ac nati, pariterque ſancti Spiritus, cuius reboat in omni Gloria mundo. Amen.

In feſto Omnium Sanctorum. Ad Veſperas, & ad Nocturnum.

Hymnus.

CHriſte redemptor omnium, Conſerua tuos famulos Beatę ſemper Virginis Placatus ſanctis precibus.
Beata quoq. agmina Cæleſtium ſpirituum: Præterita, pręſentia, Futura mala pellite.
Vates æterni iudicis, Apoſtolique Domini: Suppliciter expoſcimus Saluari veſtris precibus.
Martyres Dei inclyti Confeſſoreſque lucidi, Veſtris orationibus Nos ferte in cæleſtibus.
Chori ſanctarũ Virginũ, Monachorũq. oĩum, Simul cũ ſanctis oĩbus Conſortes Chriſti facite.
Gentẽ auferte perfidã Credentium de finibus: Vt Chriſto laudes debitas Perſoluamꝰ alacriter.
Gloria Patri ingenito, Eiuſque vnigenito: Vna cum ſancto Spiritu In ſempiterna ſæcula. Amen.

Ad Laudes. Hymnus.

IEſu Saluator ſæculi, Redẽptis ope ſubueni,
Et pia Dei genitrix Salutem poſce miſeris.
Cætus omnes Angelici, Patriarcharum cunei:
Et Prophetarum merita Nobis precentur veniã.
Baptiſta Chriſti prçuius, Et clauiger çthereus,
Cũ ceteris Apoſtolis, Nos ſoluãt nexu criminis.
Chorus ſacratus Martyrũ, Cõfeſſio Sacerdotũ,
Et virginalis caſtitas Nos à peccatis abluant.
Monachorum ſuffragia, Omneſq. ciues cælici,
Annuant votis ſupplicũ, Et vitç poſcant p̃miũ.
Laus, honor, virtus, gloria, Deo Patri, & Filio:
Sancto ſimul Paraclito, In ſçculorũ ſçcula. Am̃.

In feſto omnium SS. Monachorum Ordinis S. P. Benedicti. Ad Veſperas. Hymnus.

AVete ſolitudinis, Clauſtriq. mites incolæ,
Qui pertuliſtis impios Cęt⁹ furẽtis Tartari.
Gemmas & auri põdera, Et dignitatũ culmina
Calcaſtis, & fœdiſſima, Quç mũd⁹ offert, gaudia.
Vobis olus cibaria Fuere, vel legumina, Potũque lympha prçbuit, Humusq. dura lectulum.
Vixiſtis inter aſpides, Sæuisq. cum draconibus,
Portenta nec teterrima, Vos terruere dæmonũ.
Rebus procul mortalib⁹ Mens auolabat feruida,
Diuumq. iuncta cœtui, Hçrebat inter ſydera.
Summo Parẽti cælitũ, Magnæq. Proli virginis,
Sancto ſimul Paraclito, Sit ſumma laus & gloria.
Amen.

Ad Nocturnum. Hymnus.

IEsu Saluator sæculi, Redemptis ope subueni;
Et pia Dei genitrix Salutem posce miseris.
Monachorum suffragia, Omnesq. ciues cœlici
Annuãt votis supplicũ, Et vitæ poscãt prẹmiũ.
Laus, honor, virtus, gloria, Deo Patri, & Filio,
Sancto simul Paraclito, In sẹculorũ sẹcula. Am̃

Ad Laudes. Hymnus.

Rex gloriose Martyrum. fol. 352.

In Natalitijs Apostolorum & Euangelistarum.

Ad Vesperas, & Laudes. Hymnus.

EXultet cẹlũ laudib⁹, Resultet terra gaudijs;
Apostolorũ gloriam Sacra canunt solẽnia.
Vos sæcli iusti iudices, Et vera mundi lumina:
Votis precamur cordiũ, Audite preces supplicũ.
Qui cẹlum verbo clauditis, Serasq. eius soluitis;
Nos à peccatis omnibus, Soluite iussu quẹsumus.
Quorũ prẹcepto subdit̃ Salus & languor oĩum:
Sanate ægros moribus, Nos reddẽtes virtutibus.
Vt cum iudex aduenerit Christus in fine sæculi,
Nos sempiterni gaudij Faciat esse compotes.
Deo Patri sit gloria, Eiusque soli Filio, Cũ Spiritu paraclito, Et nunc & in perpetuum. Amen.

Ad Nocturnum. Hymnus.

ÆTerna Christi munera, Apostolorum gloriam, Laudes canentes debitas, Lætis canamus mentibus.
Ecclesiarum principes, Belli triũphales duces,

Cælestis

Cælestis aulæ milites, Et vera mundi lumina.
Deuota sanctorum fides, Inuicta spes credētiū:
Perfecta Christi charitas Mūdi triūphat prīcipē.
In his paterna gloria, In his voluntas spiritus,
Exultat in his filius, Cælum repletur gaudio.
Te nūc redēptor quęsumus, Vt ipsorū cōsortio:
Iūgas precātes seruulos In sēpiterna sęcula. Am̄.

In Natalitijs Apostolorum & Euangel. tempore Paschali. Ad Vesperas, & Noctur. Hymnus.

TRistes erant Apostoli De nece sui Domini,
Quē morte crudelissima Serui dānarāt īpij.
Sermone blādo Angelus Prędixit mulieribus:
In Galilæa Dominus Videndus est quātocius.
Illæ dū pergunt concitæ Apostolis hoc dicere,
Videntes eum viuere, Christi tenent vestigia.
Quo agnito Discipuli In Galilæam propere,
Pergunt videre faciem Desideratam Domini.
Quęsum⁹ auctor oīum, In hoc Paschali gaudio,
Ab omni mortis impetu, Tuū defende populū.
Gloria tibi Dn̄e, Qui surrexisti à mortuis, Cum
Patre & sancto Spiritu, In sēpiterna sęcula. Am̄.

Ad Laudes. Hymnus.

CLaro Paschali gaudio, Sol mūdo nitet radio,
Cū Chr̄m iā Apostoli, Visu cernūt corporeo.
Ostensa sibi vulnera, In Christi carne fulgida,
Resurrexisse Dominum, Voce fatentur publica.
Rex Christe clemētissime, Tu corda nr̄a possi-
de; Vt tibi laudes debitas, Reddamus oī tēpore.

Quæsum⁹ auctor oĩum, In hoc Paschali gaudio, Ab omni mortis impetu Tuũ defende populũ.
Gloria tibi Domine, Qui surrexisti à mortuis, Cum Patre & sancto Spiritu In sempiterna sæcula. Amen.

De vno Martyre. Ad Vesperas, & Nocturnum. Hymnus.

DEus tuorum militum Sors, & corona prę- mium; Laudes canentes Martyris Absolue nexu criminis.
Hic nempe mũdi gaudia Et blãdimẽta noxia Caduca rite deputans Peruenit ad cælestia.
Pœnas cucurrit fortiter, Et sustulit viriliter, Pro te effundens sanguinem, Æterna dona possidet.
Ob hoc precatu supplici Te poscimus pijssime, In hoc triũpho Martyris, Dimitte noxã seruulis.
Laus & perennis gloria Deo Patri & Filio, Sancto simul Paraclito, In sęcula sęcula. Amen.

Ad Laudes. Hymnus.

MArtyr Dei, qui vnicum Patris sequendo Filium, Victis triumphas hostibus, Victor fruens cælestibus.
Tui precatus munere Nostrum reatum dilue, Arcens mali contagium, Vitæ remouens tędiũ.
Soluta sunt iam vincula Tui sacrati corporis, Nos solue vinclis sæculi Amore filij Dei.
Deo Patri sit gloria, Eiusq. soli Filio, Cum Spiritu paraclito, Et nunc & in perpetuum. Amen.

In Natali plurium martyrum. Ad Vesperas. Hymnus.

SAnctorũ meritis inclyta gaudia Pangamus socij, gestaq. fortia: Nam gliscit animus promere cantibus Victorum genus optimum.

Hi sunt quos retinens mũdus inhorruit: Ipsum nam sterili flore peraridum Spreuere penitus, teque secuti sunt Rex Christe bone cælitus.

Hi pro te furias atq. ferocia Calcarunt hominũ sæuaque verbera: Cessit his lacerans fortiter vngula, Nec carpsit penetralia.

Cæduntur gladijs more bidentium Non murmur resonat, non querimonia, Sed corde tacito mens bene conscia Conseruat patientiam.

Quę vox quę poterit lingua retexere, Quæ tu martyribus munera pręparas? Rubri nam fluido sanguine laureis Ditantur bene fulgidis.

Te summa deitas vnaque poscimus, Vt culpas abluas, noxia subtrahas, Des pacem famulis, nos quoque gloriam Per cuncta tibi sæcula. Amen.

Ad Nocturnum. Hymnus.

ÆTerna Christi munera, Et martyrum victorias Laudes canentes debitas Lętis canamus mẽtibus.

Terrore victo sęculi, Pęnisque spretis corporis Mortis sacrę cõpendio Vitam beatam possidẽt.

Tradũtur igni Martyres, Et bestiarum dẽtibus: Armata

Armata ſęuit vngulis, Tortoris inſani manus.
Nudata pēdēt viſcera, Sanguis ſacratus fundit;
Sed permanēt immobiles, Vitę perennis gratia.
Te nūc redēptor q̄ſumus, Vt Martyrū cōſortio,
Iūgas precātes ſeruulos, In ſēpiterna ſęcula. Am̄.

Ad Laudes. Hymnus.

REx glorioſe Martyrū, Corona cōfitentium,
Qui reſpuentes terrea, Perducis ad cęleſtia.
Aurē benignā protinus, Appone noſtris vocibꝰ;
Trophęa ſacra pāgimus, Ignoſce qd deliquimus.
Tu vincis ī Martyribus, Parcēdo Cōfeſſoribus;
Tu vince noſtra crimina, Donādo indulgentiā.
Deo Patri ſit gloria, Eiuſq. ſoli Filio, Cum Spiritu Paraclito, Et nunc & in perpetuum. Amen.

In Natali Confeſſ. Ad Veſperas & Noct. Hymn.

ISte Confeſſor Domini ſacratus, Feſta plebs cuius celebrat per orbem, Hodie lætus meruit ſecreta Scandere cæli.
Qui pius, prudens, humilis, pudicus, Sobrius, caſtus fuit, & quietus, Vita dum præſens vegetauit eius Corporis artus.
Ad ſacrum cuius tumulum frequēter Membra languentum modo ſanitati, Quolibet morbo fuerint grauata, Reſtituuntur.
Vnde nunc noſter chorus in honorem Ipſius, hymnum canit hunc libenter; Vt pijs eius meritis iuuemur Omne per æuum.
Sit ſalus illi, decus, atque virtus, Qui ſupra cæli

reſidens

residens cacumen, Totius mundi machinam gubernat, Trinus, & vnus. Amen.

De Confessore Pontifice. Ad Laudes. Hymnus.

IEsu redemptor omnium, Perpes corona Præsulum, In hac die clementius Nostris faueto precibus.

Tui sacri qua nominis Confessor almus claruit, Huius celebrat annua Deuota plebs solemnia.

Qui rite mundi gaudia Huius caduca respuens, Cum Angelis cælestibus Lætus potitur præmijs.

Huius benignus annue Nobis sequi vestigia: Huius precatu seruulis Dimitte noxã criminis.

Sit Christe rex pijssime, Tibi, Patrique gloria, Cũ Spiritu paraclito, Et nũc & in perpetuũ. Am̃.

De Confessore nõ Pontifice. Ad Laudes. Hym.

IEsu corona celsior, Et veritas sublimior, Qui confitenti seruulo Reddis perenne prẹmium.

Da supplicanti cœtui, Obtentu huius optimi, Remissionem criminũ, Rũpendo nexũ vinculi.

Anni recurso tempore, Dies illuxit lumine, Quo sanctus hic de corpore Polũ migrauit præpotẽs.

Hic vana terræ gaudia, Et luculenta prædia, Polluta sorde deputans, Ouans tenet cælestia.

Te Christe rex pijssime Hic confitendo iugiter, Calcauit hostem fortiter, Superbũ ac satellitem.

Virtute clarus & fide, Confessionis ordine, Ieiuna mẽbra deferens, Dapes supernas obtinet.

Proinde te pijssime Precamur omnes supplices,

Vt huius almi gratia Nobis remittas debita.
Gloria Patri Domino, Gloria Vnigenito, Vna cum sancto Spiritu, In sempiterna sæcula. Amē.

In Natali Virginum. Ad Vesp. & Laudes. Hym.

IEsu corona virginū, Quē mr̄ illa cōcipit, Quæ sola virgo parturit, Hæc vota clemens accipe.
Qui pascis inter lilia, Septus choreis virginum, Sponsus decorus gloria, Spōsisq. reddēs præmia.
Quocūq. p̄gis, virgines Sequunt̄, atq. laudib⁹ Post te canētes cursitāt, Hymnosq. dulces personant.
Te deprecamur largius, Nostris adauge sensib⁹, Nescire prorsus omnia Corruptionis vulnera.
Laus, honor, virtus, gloria, Deo Patri, & Filio, Sācto simul Paraclito, In sæculoruū sæcula. Am̄.

Ad Nocturnum. Hymnus.

VIrginis proles, opifexq. matris, Virgo quem gessit, peperitq. virgo, Virginis festum canimus trophæum, Accipe votum.
Hæc tua Virgo duplici beata Sorte, dum gestit fragilem domare Corporis sexū, domuit cruentum Corpore sæclum.
Vnde nec mortem, nec amica mortis Sæua pœnarum genera pauescens, Sanguine fuso meruit sacratum Scandere cælum.
Huius obtētu Deus alme nostris Parce iam culpis, vitia remittens, Quo tibi puri resonemus almum Pectoris Hymnum.
Gloria Patri, genitæque Proli, Et tibi compar

vtriusq-

vtriusque semper Spiritus alme, Deus vnus, omni Tempore sæcli. Amen.

Si sancta fuerit virgo tantum, & non martyr, dicitur Hymn. vt sequitur.

VIrginis proles, opifexq. matris, Virgo quem gessit, peperitq. virgo, Virginis festum canimus beatæ, Accipe votum.

Huius obtētu Deus alme nostris Parce iam culpis, vitia remittens, Quo tibi puri resonemus almum Pectoris Hymnum.

Gloria Patri, genitæque Proli, Et tibi compar vtriusque semper Spiritus alme, Deus vnus, omni Tempore sæcli. Amen.

In festo sanctæ martyris, & nec virg. nec marty.

Ad Vesperas, & Laudes. Hymnus.

FOrtē virili pectore Laudemus oēs feminam, Quæ sanctitatis gloria Vbiq. fulget inclyta.

Hęc Chri amore saucia, Dū mūdi amorē noxiū Horrescit, ad cælestia Iter peregit arduum.

Carnem domās ieiunijs, Dulciq. mentē pabulo Orationis nutriens, Cæli potitur gaudijs.

Rex Chrē virtus fortiū, Qui magna solus efficis, Huius precatu q̄sumus, Audi benign⁹ supplices.

Deo Patri sit gloria, Eiusq. soli Filio, Cum Spiritu paraclito, Et nunc & in perpetuum. Amen.

Ad Nocturnum. Hymnus.

HVius obtentu Deus alme nostris Parce iam culpis, vitia remittens, Quo tibi puri reso-

nemus almum Pectoris Hymnum.

G loria Patri, genitæq. Proli Et tibi cōpar vtriusque semper Spiritus alme, Deus vnus, omni Tépore sæcli. Amen.

In Dedicatione Ecclesiæ. Ad Vesperas, & Nocturnum. Hymnus.

V Rbs Ierusalem beata, Dicta pacis visio,
Quæ cōstruitur in cælis Viuis ex lapidibus,
Et Angelis coronata, Vt sponsata comite.

N oua veniens è cælo Nuptiali thalamo
Præparata, vt sponsata Copuletur Domino:
Plateæ & muri eius Ex auro purissimo.

P ortæ nitent margaritis Adytis patentibus;
Et virtute meritorum Illuc introducitur Omnis
qui ob Christi nomen Hic in mundo premitur.

T unsionibus, pressuris Expoliti lapides,
Suis coaptantur locis Per manus artificis,
Disponuntur permansuri Sacris ædificijs.

G loria & honor Deo Vsquequaque altissimo,
Vna Patri, Filioque, Inclyto Paraclito,
Cui laus est & potestas Per æterna sæcula. Amen.

Ad Laudes. Hymnus.

A Ngularis fundamētū Lapis Chrs missus est,
Qui parietum compage In vtroque nectit,
Quē Sion sancta suscepit, In quo credēs pmanet.

O mnis illa Deo sacra Et dilecta ciuitas,
Plena modulis, in laude, Et canore iubilo,
Trinū Deū vnicumque Cum feruore prædicat.

H oc

Hoc in templo summe Deus Exoratus aduenî;
Et clementi bonitate Precum vota suscipe;
Largam benedictionem Hic infunde iugiter.
Hic promereantur omnes Petita acquirere,
Et adepta possidere, Cum sanctis perenniter
Paradisum introire, Translati in requiem.
Gloria, & honor Deo Vsquequaque altissimo;
Vna Patri, Filioque, Inclyto paraclito,
Cui laus est & potestas Per æterna sæcula. Amen.

In festo S. Angeli Custodis. Ad Vesperas, & Nocturnum. Hymnus.

CVstodes hominũ psallimus Angelos, Naturæ fragili quos Pater addidit Cælestis comites, insidiantibus Ne succumberet hostibus.
Nam quod corruerit proditor Angelus, Concessis meritò pulsus honoribus, Ardens inuidia, pellere nititur Quos cælo Deus aduocat.
Huc Custos igitur peruigil aduola, Auertens patria de tibi credita Iam morbos animi, quàm requiescere Quicquid non sinit incolas.
Sanctæ sit Triadi laus pia iugiter, Cuius perpetuò numine machina Triplex hæc regitur, cuius in omnia Regnat gloria sæcula. Amen.

Ad Laudes. Hymnus.

ORbis patrator optime, Qui, quidquid est potẽtia Magna creasti, nec regis Minore prouidentia.
Adesto supplicantium Tibi reorum cœtui:

Lucisq. ſub crepuſculũ Lucẽ nouã da mentibus.
T uusq. nobis Angelus, Signatus ad cuſtodiam,
Hic adſit, à contagio Qui criminũ nos protegat.
S erpentis nobis æmuli Calumnias exterminet,
Ne rete fraudulentiæ Incauta nectet pectora.
M etum propellat hoſtium, Noſtris procul de finibus: Pacẽ procuret ciuiũ, Fugetq. peſtilentiam.
D eo Patri ſit gloria, Qui, quos redemit Filius,
Et ſanct⁹ vnxit ſpũs, Per Angelos cuſtodiat. Am̃.

In vtroque Feſto S. Romualdi Abbatis, Congregationis Camaldulen. Inſtitutoris.

Ad Veſperas. Hymnus.

F Eſta dilecti tibi Romualdi, Lux adeſt cultrix ſoboles Eremi, Funde iucundum melos, & canoras Funde loquelas.
S tirpe præclara ſatus hic recenti Laude, quæ priſcam decorat Rauennam; Incolas inter decus eſt adeptus Maius olympi.
D um puer ſyluis cupidus vagatur, Hic ait Chriſti famulus relictis Sæculi curis, ſuperum parenti Seruiet aptè.
S ic Dei multo celebranda cultu Præcinit mirus fera luſtra vates: Sic piæ gliſcunt tenero latentes Pectore flammæ.
E cce cognatum ſtimulatus ira Sergius fundit genitor cruorem, Ad pias natus fugit, & paternas Deſerit ædes.
M artyr & primus patriæ ſacerdos Hic bis antiquo

quo è tumulo resurgẽs, Visus est illi pia ferre templi Thura per aras.
Claustra, quo aspectu attonitus, se in arcta Conijcit, sæuas maris hinc per vndas Vectus, æternæ duce sub Marino Militat aulæ.
Sit Patri summo decus, & potestas Sint tibi laudes hominũ Redemptor, Et tibi consors vtriusque lucis Spiritus alme. Amen.

Ad Nocturnum. Hymnus.

CArdinem mundi medium pererrans, Prona iam noctis trahit astra currus: Nos super cælum sacra Romualdi Facta feramus.
Cellula inclusus silet, atque parcum Fontis infũsum latici legumen Sumit, & longas prece pertinaci Decipit horas.
Moribus mentem decorãs honestis Corpus intorto lacerat flagello: Ingemunt artus, animo alta cæli Gaudia libat.
Incolas format nemorum, docetque Nos viam tuto pede inire patrum Qui Palestinos coluere saltus, Quique Canopi.
Præscius casus aperit futuros Abstrahit sæcli laqueis potentes, Et iugum Christi tumefacta cogit Colla subire.
Hoc pio flexus monitore Petrus, Patriæ linquit malè parta regna: Nec crucis Christi generosa pondus Terga recusant.
Arduũ nudis pedibus cacumen Appuli mõtis,

ſcelus vt nefandum Expiet, iuſſis adigit verendis Scandere Othonem.
S anat ægrotos, ſtygis atra pellit Monſtra vi vocis penetrantis aſtra Arborem cellæ vetat incidentem Tangere tectum.
I gnis extinguit rapidi furorem, Et rates ſeruat prece fluctuantes, Regij vatis reſerat, docente Numine, carmen.
G loriam Sancti genitoris, atque Prolis æternæ pariter canamus, Nec chori laudes taceat perennes Flaminis almi. Amen.

Ad Laudes. Hymnus.

L Vcis aſpectus dubiæ refulgẽs Incipit noctis tenebras fugare, Lucidas celſi Pater almus ædes Intrat olympi.
A nte bis denos obitum diemque Præuidens annos, reſerat locumque, Et ſacro tempus ſatagit ſupremum Claudere fine.
L uſtra bis vitæ duodena menſus, Et Deo cẽtum famulatus annos, Clauſtra tres inter, reliquosque vaſtas Inter Eremos.
P lenus in cælum properat dierum: Spiritum cuius niue puriorem, Ante conſpectum ſuperum parentis Angelus offert.
O mnium gaudet procerum coronis, Angeli pura ſpecie refulget, Et Prophetarum fruitur per alta Regna decore.
M artyrum palmas rapit abſque ferro, Vt que cõ-
feſſor

fessor rutilat, cateruis Virginum septus niuei pudoris Præmia sumit.

Diue quos liquit tua magne virtus, Da sequi nobis monitus, tuisq. Gressibus nostras vigili labore Iungere plantas.

Gloriam Patri tribuamus omnes, Gloriam Christo memores salutis, Gloriam Sancti tibi concinamus Ignis amoris. Amen.

In Festo S. Petri Cælestini Papæ, & Confessoris. Congregationis Cælestinorum Institutoris.

Ad Vesperas. Hymnus.

HVc ades cæli cohors, & perennes Necte festiuo modulos honori, Ritè dum cultis veneramur aris Gesta Parentis.

Ipsa cui matris pietas in aluo Imprimit vitæ specimen futuræ, Dum sacro, nascens, redimita profert Tegmine membra.

Orbe quem cunis propè vagientem Auocat vasti nemorum recessus; Spernit instantes animosa casus Paruula virtus.

Hic vbi gratas lateri quietes Saxa substernunt, glacies amictum Herba qua pastum parat, & fluentes Pocula riui.

Quæ paris spreto geminata fastu Nobilis virtus monumenta laudum? Quas opes seruas opibus relictis Diues egestas?

Iussa festinæ subeunt volucres; Territus priscas refugit latebras Anguis; & nutu reprimit minantem

nantem Flamma furorem.

Summus insontes volitans sacrauit Spiritus sedes, vbi ducta cælo Sæpius Diuum studiosa pubes Visit Alumnum.

Scandit abruptas numerosa cautes, Quæ plagis longè, manus, è remotis (Proh nimis fœlix) properat verendæ Assecla famæ.

Vidit hæc cęcis oculos nouantem, Vidit & linguas laqueis solutas, Vidit extinctis reparata ademptæ Lumina vitæ.

Iam caput cælo Pater è sereno Effer ad lætæ pia vota Prolis, Dum tibi festo sociata cantu Thura litamus.

Vnica Trinum Deitate Numen Te canat supplex venerata Tellus Siderum Præses, Domitor Profundi, Arbiter Orbis. Amen.

Ad Matutinum. Hymnus.

VOtiua nox solemnibus Redit dicanda gaudijs, Quæ prima cælis addita Petri retexit lumina.

Cæleste sidus emicat Nocturna pellens nubila, Obsessa somno pectora Iubar serenum suscitat.

Beata noctis tempora Tot insignita honoribus: Vos sacri amoris cōscia Patrem mirata supplicē.

Vos Numinis consortijs Amica per silentia Mentem flagrātem iungitis, Dum membra flagris concutit.

Pulsis resultant vallibus Admota dorso verbera,

Fletus,

Fletus,preces, ſuſpiria, Referre ſaxa geſtiunt.
Cohors, vt olim Cęlitum, Adeſto noctis plauſibus; Cohors abſiſte Dæmonum Pijs, vt olim ſedibus.
Tibi perennis gloria Sit indiuiſa Trinitas Verbum, Paterq. & Spiritus, Quos Petrus aſtris concinit. Amen.

Ad Laudes. Hymnus.

IAm cæli reſerat limina lucifer, Et gemmat nitidis gramina roribus, Dum iuncti tremulis cantibus alites Naſcentem reuocant diem.
Æterno pariter lumine fulgeant Mentes, & ſuperis gratia ſedibus Irroret, vigili dum prece nitimur Petri pſallere gloriam.
Fœlix nam potuit munera ſæculi Spreuiſſe, atque animum fœcibus aureis Sublatum, rabidis dentibus inuium Cælis condere diuitem.
Eius non opibus proditor impotens, Non vires oberunt, nō fuga temporum; Virtus excidijs ſola ſuperſtitem Tutis dum locat arcibus.
En illum rutilis æthere curribus Attollit pietas, dignaq. caſtitas Annexæ ſocijs, iamq. volantibus Laxant frena iugalibus.
Iam iam Cælicolum voce fremētium Excitis reſonant nubila plauſibus, Sacros, vicit, io, pandite cardines Veſtro ſidera Numini.
Aſt, heu, quid tenues grandia promimus, Aggreſſi temeris ardua viribus? Arcanis potius

danda ſilentijs Petro reddita præmia.
Auctori ſuperum ſit decus inclytum, Immotus placidè qui mouet omnia, Rerumq. vnanimi fędere, temporis Expers, tempora dirigit. Amen.

In feſto S. Ioannis Gualberti Abbatis, & Confeſſ. Inſtitutoris Congregationis Vallisumbroſæ.

Ad Veſperas. Hymnus.

LAude ſublimi celebramus, alme Te Pater, noſtrum decus, atque origo: In preces adſis humiles, ſacrantes Mitia vota.

Seu, quòd à picto capitis reflexus Annuit buxo tibi: ſeu, vt nefandæ Mercis, & quæſtus prohibes, & vſus, Carmen habebis.

Siue, quod iuſſus renouare ritus Ignis in mores abijt tepentes: Seu, quòd inuito cecidere cælo Nimbus, hyemsque.

Mentis indignum facinus repoſtæ Nudat, & citos Leporis Ioannes Dæmonem vultus repulit ferentem, Numinis hauſtu.

Irruunt vires populantis ædem Amnis vltrices: paruit cruentus Vrſus, vt iuſſam ſubeat ſecurim Cęde madentem.

Nunc choros auges, numerumq. Diuum Nobili inuectus ſatanæ tropheo: Nos tuum germen, tua gens canendo Ducimus horas.

Gloriam trino Domino, Deoque Laude ſacremus, meritum Ioannis Qui ſtygi extendit tumido, facitq. Æthere notum. Amen.

Ad

Ad Nocturnum. Hymnus.

LAnguidum mēbris docuit ſoporem Soluere vt primos dedit Author ortus Valliſumbroſæ; tenuitq. noſter Iura Senatus.

Ipſe per noctem quoties Ioannes Plurimam teſtes habuit vagantes Cęlicos igneos precis, atque faſſæ Crimina vocis?

Sæpe ſub fago per inhoſpitales Horridas vmbras latuit, precesque Obtulit noctu referens ad vſque Lumina ſolis.

Dum gradu infirmo properat ſenili, Nocte ſub cælo, cecidit, tremensque Langueo, dixit: pius vtre ſemet Piſcis inurget.

Gloriam trino. vt ſuprà.

Ad Laudes. Hymnus.

IAm voculis cient Aues E finibus noctis diē: Laudes tuæ nunc prodeant, Pater, ſolutis ſenſibus.

Siſtunt trementes acies Corytiæ, & dirū genus: Parent volentes Angeli, Et tota Cælitū cohors.

Bos nouo tardat pondere Furantiū vires truces, Luſurus & centū manus, Et iuga centena boum.

Inſolitæ ſtupent aquæ Nouum gregē natantiū: Hunc obtulit Nono Pater Munus Leoni maximo.

Præcoris induit comæ Fagus honores virides, Ver exutura ſerior: Seruatq. nunc priſcas vices.

Laudetur ſumma Trinitas, Quam laudat omnis ſpi-

ſpiritus: Laudem Ioannes offeret, Vt perfruamur gloria. Amen.

In Feſto ſancti Æmiliani Abbatis Ordinis ſancti Benedicti, Hiſpaniæ Patroni, quod celebratur xij. Nouembr. Hymni.

Ad primos & ſecundos Veſperos.

ECce nunc quãdo meritis coruſcus, Et triumphali rutilus corona, Regna lætanter ſubijt Polorum Æmilianus.

Paſtor excellens hominum futurus, Antea curat pecudum parentis: Et quater denos habitat per annos Vaſta in eremo.

Dæmonum pugnas ibi perfrequẽtes Paſſus eſt, necnon tetricos labores; Scitur aſpectu tamen Angelorum Sæpe iuuatus.

Inde regreſſus, pater atque factus Plurium, tantum Deus hunc amauit, Dona, virtutes fuerint vt illi, Gratiæ & omnes.

Rarus in vitam rigidam ſequendo, Mirus inſignis varijs patrandis Extitit, iungens huic eſſe magnum Atque Prophetam.

Iã diu, poſt quàm fuerat beatus, Viſus eſt Mauros iugulare multos, Horridus cælo veniens ab alto Prodigioſè.

Hoc ob Hiſpanus populus referre Gratias illi cupiens, Patronum Inuocat Sanctum, publicumq. votum Reddit eidem.

Ille qui in Sanctis poſuit ſupernæ Gratiæ tantũ,
det

det & ipse nobis Simus in terris similes quòd illis, Post & in astris. Amen.

Ad Nocturnum. Hymnus.

ÆMilianus millibus Dignè colendus laudibus, Est, propter eius inclytas, Multas & excellentias.

Zelo Patriarcha splenduit, Propheta mentis lumine, In sanctitate Apostolus, Mirisq. factis Angelus.

Venire per se claudicans Potest, & istud dicere Mutus, fidemq. reddere De visione cæculus.

Per hunc refecti pauperes Narrent, saluti hoc redditi, Nec non potentes insimul Ab hoc iuuati, & diuites.

Resuscitati mortui Huius precatu proferant Apud secreta Tartari Quantum timoris inferat.

Nolint, velint aut Dæmones Victi per ipsum sæpiùs, Hác veritatẽ dicere Cogunt, etsi perfidi.

Dicant Polorum Spiritus Quam inter illos occupet Sedem; ducem si in Africos Hunc subsequendo venerint.

Concurrat ardens Africa Dicẽdo quantos filios Hic Sanctus interemerit Illi, fouendo Hispaniã.

Cum spiritali gaudio Per cuncta mũdi clymata Et ipsa spargat nobilem Sui Patroni gloriam.

Honor, potestas maximo DEO sit admirabili Sanctis in eius; conferat Talesque nos euadere. Amen.

Ad Laudes. Hymnus.

PAnge lingua Æmiliani Maximi victorias,
Iam beatus qui refulget Cum micāte gloria:
Nam remansit cum triumphis, Plura post certamina.

Primò vicit se potenter, Atque passionibus
Carnis ostium reclusit, Vt subacto intrinseco
Hoste, posset impetentes A foris euincere.

Ipse, mundum posthabendo, Liquit eius limina, Et petiuit dux eremum; Cum Satana gestiēs
Dimicare; quem subegit; Idque sæpe sæpiùs.

Quæ tenebat sub se auarè Clausa tempus inuidum, Hic prophetans pādit illa, Ante quàm succederent; Victa ab ipso Morsq. sæua Quos necarat, reddidit.

Vi Polorum regna postquàm Sanctus iste ceperat, Visus est ex gentis eius Africanis hostibus,
Sæpe pugnans, cæde tristi Perdidisse plurimos.

Laus sit illi, qui vigorem Dat suis certantibus,
Consequantur vt coronam Debitā victoribus,
Subsequamur & quòd illos Ipse det per omnia.
Amen.

LITANIÆ SANCTORVM.

Kyrie eleison. Christe eleison.
Kyrie eleison. Christe audi nos.
Christe exaudi nos.

Pater de cælis Deus, Miserere nobis.
Fili Redemptor mundi Deus, Miserere nobis.
Spiritus sancte Deus, Miserere nobis.
Sancta Trinitas vnus Deus, Miserere nobis.
Sancta Maria, Ora pro nobis.
Sancta Dei genitrix, ora.
Sancta Virgo virginum, ora.
Sancte Michael, ora.
Sancte Gabriel, ora.
Sancte Raphael, ora.
Omnes sancti Angeli & Archangeli, orate.
Omnes sancti beatorum spirituũ ordines, orate.
Sancte Ioannes Baptista, ora.
Omnes sancti Patriarchæ & Prophetæ, orate.
Sancte Petre, ora.
Sancte Paule, ora.
Sancte Andrea, ora.
Sancte Iacobe, ora.
Sancte Ioannes, ora.
Sancte Thoma, ora.

Sancte Iacobe, ora.
Sancte Philippe, ora.
Sancte Bartholomæe, ora.
Sancte Matthæe, ora.
Sancte Simon, ora.
Sancte Thadæe, ora.
Sancte Matthia, ora.
Sancte Barnaba, ora.
Sancte Luca, ora.
Sancte Marce, ora.
Omnes ſancti Apoſtoli & Euangeliſtæ, orate.
Omnes ſancti diſcipuli Domini, orate.
Omnes ſancti Innocentes, orate.
Sancte Stephane, ora.
Sancte Laurenti, ora.
Sancte Vincenti, ora.
Sancti Fabiane & Sebaſtiane, orate.
Sancti Ioannes & Paule, orate.
Sancti Coſma & Damiane, orate.
Sancti Geruaſi & Prothaſi, orate.
Sancte Placide cum ſocijs tuis, orate.
Omnes ſancti Martyres, orate.
Sancte Silueſter, ora.
Sancte Gregori, ora.
Sancte Ambroſi, ora.
Sancte Auguſtine, ora.
Sancte Hieronyme, ora.
Sancte Martine, ora.

Sancte

Sancte Nicolae, ora.
Omnes sancti Pontifices & Confessores, orate.
Omnes sancti Doctores, orate.
Sancte Pater Benedicte, ora.
Sancte Antoni, S.cte P.r ROMVALDE. ora.
Sancte Maure, ora.
Sancte Bernarde, ora.
Sancte Dominice, S. Hyacinthe, ora.
Sancte Francisce, S. Casymire, ora.
Omnes sancti Sacerdotes & Leuitæ, orate.
Omnes sancti Monachi & Eremitæ, orate.
Sancta Maria Magdalena, ora.
Sancta Agatha, ora.
Sancta Lucia, ora.
Sancta Agnes, ora.
Sancta Cæcilia, ora.
Sancta Catharina, ora.
Sancta Anastásia, S. Hedwigis, S. Elisab[illegible] ora.
Sancta Scholástica, S. Ursula cum sodalibus suis [illegible] ora.
Omnes sanctæ Virgines & Viduæ, orate.
Omnes sancti & sanctæ Dei, intercedite pro nobis.
Propitius esto, Parce nobis Domine.
Propitius esto, Exaudi nos Domine.
Ab omni malo, Libera nos Domine.
Ab omni peccato, libera.
Ab ira tua, libera.
A subitanea & improuisa morte, libera.

Ab inſidijs diaboli, libera.
Ab ira, & odio, & omni mala voluntate, libera.
A ſpiritu fornicationis, libera.
A fulgure & tempeſtate, A peste fame & bello. libera.
A morte perpetua, libera.
Per myſterium ſanctæ Incarnationis tuę, libera.
Per Aduentum tuum, libera.
Per natiuitatem tuam, libera.
Per baptiſmum, & ſanctum ieiuniũ tuũ, libera.
Per Crucem & Paſſionem tuam, libera.
Per mortem & ſepulturam tuam, libera.
Per ſanctam reſurrectionem tuam, libera.
Per admirabilem aſcenſionem tuam, libera.
Per aduentum Spiritus ſancti paracliti, libera.
In die iudicij, libera.
Peccatores, Te rogamus audi nos.
Vt nobis parcas, te rog.
Vt nobis indulgeas, te rog.
Vt ad veram pœnitentiam nos perducere digneris, te rog.
Vt eccleſiam tuam ſanctam regere & conſeruare dignéris, te rog.
Vt domnum Apoſtolicum & omnes Eccleſiaſticos ordines in ſancta religione conſeruare digneris, te rog.
Vt inimicos ſanctæ Eccleſiæ humiliare digneris, te rog.
Vt regibus & Principibus Chriſtianis pacem & veram

veram concordiam donare digneris, te rog.
Vt cuncto populo Christiano pacem & vnitatē largiri digneris, te rog.
Vt nosmetipsos in tuo sancto seruitio confortare & conseruare digneris, te rog.
Vt mentes nostras ad cælestia desideria erigas, te rogamus audi nos.
Vt omnibus benefactoribus nostris sempiterna bona retribuas, te rog.
Vt animas nostras, fratrum, propinquorum, & benefactorum nostrorum ab æterna damnatione eripias, te rog.
Vt fructus terræ dare & conseruare digneris, te rogamus audi nos.
Vt omnibus fidelibus defunctis requiem æternam donare digneris, te rog.
Vt nos exaudire digneris, te rog.
Fili Dei, te rog.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Parce nobis Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Exaudi nos Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.
Christe audi nos.
Christe exaudi nos.
Kyrie eleison. Christe eleison.
Kyrie eleison. Pater noster. secretò.

℣. Et ne nos inducas in tentationem. ℟. Sed libera nos à malo. Pſalmus. Deus in adiutorium meum intende. 135. ℣. Saluos fac ſeruos tuos. ℟. Deus meus ſperantes in te. ℣. Eſto nobis Domine turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Nihil proficiat inimicus in nobis. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis. ℣. Domine non ſecundùm peccata noſtra facias nobis. ℟. Neq. ſecundùm iniquitates noſtras retribuas nobis. ℣. Oremus pro Pōtifice noſtro N. ℟. Dominus conſeruet eum, & viuificet eum, & beatum faciat eum in terra, & nō tradat eū in animā inimicorum eius. ℣. Oremus pro benefactoribus noſtris. ℟. Retribuere dignare Domine omnibus nobis bona faciētibus propter nomen tuum vitam æternam, Amen. ℣. Oremus pro fidelibus defunctis. ℟. Requiem æternam dona eis Domine, & lux perpetua luceat eis. ℣. Requieſcant in pace. ℟. Amen. ℣. Pro fratribus nõſtris abſentibus. ℟. Saluos fac ſeruos tuos, Deus meus, ſperantes in te. ℣. Mitte eis Domine auxilium de ſancto. ℟. Et de Sion tuere eos. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiſcum. ℟. Et cum ſpiritu tuo.

Oratio.

DEus, cui proprium eſt miſereri ſemper & parcere: ſuſcipe deprecationem noſtram: vt nos

nos, & omnes famulos tuos, quos delictorum catena conſtringit, miſeratio tuæ pietatis clementer abſoluat.

EXaudi quæſumus Domine ſupplicum preces, & confitentium tibi parce peccatis: vt pariter nobis indulgentiam tribuas benignus & pacem.

INeffabilem nobis Domine, miſericordiam tuam clementer oſtende: vt ſimul nos & à peccatis omnibus exuas, & à pœnis, quas pro his meremur, eripias.

DEus, qui culpa offenderis, pœnitentia placaris: preces populi tui ſupplicantis propitius reſpice: & flagella tuæ iracundiæ, quæ pro peccatis noſtris meremur, auerte.

OMnipotens ſempiterne Deus, miſerere famulo tuo Pontifici noſtro N. & dirige eum ſecundùm tuam clementiam in viam ſalutis ęternæ: vt te donante tibi placita cupiat, & tota virtute perficiat.

DEus, à quo ſancta deſideria, recta conſilia, & iuſta ſunt opera: da ſeruis tuis illam, quam mũdus dare non poteſt, pacẽ: vt & corda noſtra mandatis tuis dedita, & hoſtium ſublata formidine, tempora ſint tua protectione tranquilla.

VRe igne ſancti Spiritus renes noſtros, & cor noſtrum, Domine: vt tibi caſto corpore ſeruiamus, & mundo corde placeamus.

FIdelium Deus omnium conditor & redemptor, animabus famulorum famularumque tuarum remiſſionem cunctorum tribue peccatorum: vt indulgentiam, quam ſemper optauerunt, pijs ſupplicationibus conſequantur.

ACtiones noſtras, quæſumus Domine, aſpirando præueni, & adiuuando proſequere: vt cuncta noſtra oratio & operatio à te ſemper incipiat, & per te cœpta finiatur.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui viuorum dominaris ſimul & mortuorum, omniumque miſereris, quos tuos fide & opere futuros eſſe prænoſcis: te ſupplices exoramus: vt pro quibus effundere preces decreuimus, quoſque vel præſens ſęculum adhuc in carne retinet, vel futurum iam exutos corpore ſuſcepit, intercedẽtibus omnibus ſanctis tuis, pietatis tuæ clementia omniũ delictorum ſuorum veniam conſequantur. Per Dominum noſtrum.

℣. Dominus vobiſcum.

℟. Et cum ſpiritu tuo.

℣. Exaudiat nos omnipotens & miſericors Dominus. ℟. Amen.

℣. Et fidelium animæ per miſericordiam Dei requieſcant in pace. ℟. Amen.

LITANIÆ
B. VIRGINIS MARIÆ
LAVRETANÆ.

Kyrie eleiſon.
Chriſte eleiſon.
Kyrie eleiſon.
Chriſte audi nos.
Chriſte exaudi nos.
Pater de cælis Deus, Miſerere nobis.
Fili Redemptor mundi Deus, Miſerere nobis.
Spiritus ſancte Deus, Miſerere nobis.
Sancta Trinitas vnus Deus, Miſerere nobis.
Sancta Maria, Ora pro nobis.
Sancta Dei genitrix, ora.
Sancta Virgo virginum, ora.
Mater Chriſti, ora.
Mater diuinæ gratiæ, ora.
Mater puriſſima, ora.
Mater caſtiſſima, ora.
Mater inuiolata, ora.
Mater intemerata, ora.
Mater amabilis, ora.
Mater admirabilis, ora.
Mater Creatoris, ora.
Mater Saluatoris, ora.

Virgo prudentiſſima, ora.
Virgo veneranda, ora.
Virgo prædicanda, ora.
Virgo potens, ora.
Virgo clemens, ora.
Virgo fidelis, ora.
Speculum iuſtitiæ, ora.
Sedes ſapientiæ, ora.
Cauſa noſtræ lætitiæ, ora.
Vas ſpirituale, ora.
Vas honorabile, ora.
Vas inſigne deuotionis, ora.
Roſa myſtica, ora.
Turris Dauidica, ora.
Turris eburnea, ora.
Domus aurea, ora.
Fœderis Arca, ora.
Ianua Cœli, ora.
Stella matutina, ora.
Salus infirmorum, ora.
Refugium peccatorum, ora.
Conſolatrix afflictorum, ora.
Auxilium Chriſtianorum, ora.
Regina Angelorum, ora.
Regina Patriarcharum, ora.
Regina Prophetarum, ora.
Regina Apoſtolorum, ora.
Regina Martyrum, ora.

Regina

Regina Confessorum, ora.
Regina Virginum, ora.
Regina Sanctorum omnium, ora.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Parce nobis Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Exaudi nos Domine.
Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Miserere nobis.

Antiphona.

Sub tuum præsidium confugimus Sancta Dei Genitrix: nostras deprecationes ne despicias in necessitatibus: sed à periculis cunctis libera nos semper, Virgo gloriosa, & benedicta.

℣. Ora pro nobis Sancta Dei genitrix. ℟. Vt digni efficiamur promissionibus Christi. Oremus.

Pietate quæsumus Domine, nostrorum solue vincula peccatorum, & intercedente beata Maria cum omnibus Sanctis tuis, nos famulos tuos, benefactores; atque loca nostra in omni sanctitate custodi, omnesq. consanguinitate, affinitate, atq. familiaritate nobis coniunctos à vitijs purga, virtutibus illustra: pacem, & salutem nobis tribue: hostes visibiles, & inuisibiles remoue: carnalia desideria repelle: aerem salubrem, & fertilitatem indulge: amicis, & inimicis nostris charitatem largire: atque Ciuitatem istam cum omnibus in ea habitantibus, ab omni peste infide-

lium-

liumque feritate, & potentia illæſam conſerua, & omnibus fidelibus viuis, & defunctis in terra viuentium vitam, & requiem æternam concede, & Pontificem noſtrum N. Protectorem, omnes Prælatos, & cunctum populum Chriſtianum ab omni aduerſitate cuſtodi, & benedictio tua ſit ſuper nos ſemper. Per Chriſtum Dominum.

FINIS.

REGESTVM.

✠ ✠✠ ABCDEFGHIKLMNOPQR
STVXYZ Aa.

Omnes ſunt Quaterniones.



VENETIIS, APVD IVNTAS.

M DC XIIII.



